- 4 An sit filius reus criminis, quod eo igno-
rante pater pecuniam cœnobio pro eius
susceptione obtulit.
- 5 An liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ex
ordinatione quam paterna pecunia est
assecurus.
- 6 An illi qui ab eo iā simoniaco ignorāter
ordinati sunt, abiiciendi sint, an non.
- 7 Si renuncias sue hæresi sit recipiendus
in episcopalī dignitate, an non.

Qu.

T. Simo-
nacis.
Simoniaci gratiam non praestant, quam vē-
dere

dere quærunt. Gratia.

Inaniter sacerdos dicitur, qui cuncte simoni-
aciē ordinatur. Quicunque.

Spoliatur honore, qui ecclasiā per pecu-
niā obtineret.

Patrē habebit cū Simōne, qui contra simo-
niacos vehemēter nō exarserit. Quis quis
Simonis damnatio pariter dantem & acci-
pientem inuoluit facit. Quos.

Anathematis sententia dānatur, qui simo-
niaciē ordinatur. Reperiuntur.

Damnatur episcopus, qui per pecuniam or-
dinationem. Si quis.

A sacerdotio est alienus, qui per pecunias
ordinat, vel ordinatur. Qui per.

Nec ordinari nec promoueri in ecclasia
Dei per pecuniā aliquis valeret. Sanctorū.
Simoniaci sacerdotes esse nō possunt. Qui-
cunque.

Qui precio ordinat, lepram, non officium
confert. Quum.

Qui spiritus perfectionē non habent, ipsam
dare non possunt. Qui perfectionem.

Simoniacus per prauam manus impositio-
nem, non benedictionem, sed damnatio-
nem p̄st̄at. Vencum est.

Simoniaci fidei integritatē nō habet. Petri^o.

Simoniacus infidelis esse probatur. Quum

enīs.

Simon.

Simoniacorum hæresis cæteris damnabi-
lior esse probatur. Eos qui.

Et qui dat & qui accipit, vt ordines sacri
prætentur, anathema sit. Placuit.

Mali prophetæ, non boni, prophetiam vē-
debat. Iudices.

Quæ malo inchoantur principio, non per-
aguntur bono exitu. Principatus.

Non super ædificatur bonū opus, vbi Chri-
stus fundamentū non est. Quum Paulus.

Non potest fieri eleemosyna ex pecunia si-
moniacē acquisita. Non est.

Pastor simoniacus nullam ouibus præbet
medicinam. Fertur.

Simoniacorum sacramenta effectu gratiæ
carent. Sicut.

Sive bonus sive malus sit minister, per utrū-
que effectus gratiæ confertur. Si iustus.
Sacramenta quæ non mutantur, catholicis
& hæreticis communia probantur. Sa-
cramenta.

Non effugiantur sacramenta, à quocunque
ministrentur. Neque.

Hominum malitia sacramenta nō propha-
nat. Nōne.

Sacramenta mali habere possunt, licet vir-
tutem spiritus sancti habere non pos-
sint. Multæ autem.

Liceat sacramenta mali ministrent, remissio-
nem

nem tamen peccatorum non præstant:
Remissionem.
De his qui ab pseudoepiscopis ordinat. Si q.
Quæ pro accessitate conceduntur, eadem
cessante ceſtabunt. Quod pro.
Qui ab hæreticis rediut, sine spe promotio-
nis in suis ordinibus recipi possunt. Si quis.
De episcopis, qui tales in consecrant, qualem
consecrare non licet. Si qui,
Simoniaci rei sunt infideles itatis eorum, qui se
scandalizant. Hi.
Sicut honore, ita & scientia quisque præcel-
lere debet. Vilissimus.
Baptisma, siue per bonum, siue per malum
ministretur, iterari non debet. Dedit.
Baptisma Christi et si nulla perueritate vio-
letur, apud hæreticos tamen caret effectu.
Etiam.
Per manus impositionem confirmantur, qui
ab hæreticis baptisma suscipiunt. Si qui.
Rebaptizentur & reordinentur, qui de Pau-
lianistis & Cataphrigis ad ecclesiam re-
deunt. Si quis.
Dum verbum accedit ad elementum, sit sa-
cramentum. Detrahe.
Extra ecclesiam baptizati, perniciem sibi cu-
mulant, si ad ecclesiam non redierint. Fir-
missime.
Inutilia sunt dona, quæ præter unitatem ecclæ-
się

siae habentur. Teneamus.
Baptisma semel traditum, amplius non est
iterandum. Hanc regulam.
Etiam per malos boni colliguntur. Spiritus.
De iis qui per ignorantiam ordinantur antea,
quam baptizentur. Si quis per ignorantiam
Non placent Deo, quæ ab hæreticis offerū-
tur. Sic populus.
Sine fide & charitate nec Euangelium ha-
betur, nec profundt aliqua bona. Marcion,
& Basilides.
Hæreticorum benedictio, maledictio est.
Non oportet.
Nec cum hæreticis, nec schismaticis licet o-
rare. Non licet.
Extra ecclesiam non sunt vera sacrificia. In
ecclesia.
Impiorum manibus diuina sacramenta se
subducunt. Manifestum.
Sacramenta extra ecclesiā ministrari possunt,
salutē verò conferre non possunt. Si quis.
Vera sacramenta non nisi in fide ecclesiæ
celebrantur. Extra.
De manu hæreticorum communio non est
recipienda. Superueniente.
Sacerdotes hæreticorum, episcopi honori-
bus non habentur digni. Arrianos.
Manus impositio, non est sacramenti itera-
tio. Manus.

IVRIS CANON.

Qui in baptisme sanctus est, ad altare peccator non accedit. Sicut.
 Benedictionibus haereticorum Deus maledicit. Maledicam.
 Boni & mali sacerdotes æquè corpus Christi conficiunt. Intra.
 De iis qui sanctis male utuntur. Propheta.
 Quisq; non tā sanctificatur ex hostiis, quā pro peccato polluitur. Propheta.
 Contra spiritum verbum dicitur, quum ex dispersione nunquam reditur. Ira fit.
 Non meritis hominum, sed virtute spiritus sancti peccata remittuntur. Ut evideret.
 Deus non merita personarum, sed sacerdotū officia considerat. Quum scriptura.
 Non merita sacerdotum, sed virtus diuina, sacramenta sanctificat. Multi.
 Non sacerdotum merita, sed quæ docent & ministrant, considerare debemus.
 Sacerdotum immundicia sacramentum nō polluit. Dominus.
 Etiam per malum ministrum dona Dei ad eos perueniunt, qui cum fide accipiunt. Christus.
 Sacramentis episcopi malicia non nocet. Non nocet.
 Non verba, sed merita sacerdotum, eucharistiam faciunt. Sacerdotes.

Tanto

Tanto facilius sacerdotes exaudiuntur, quāto apud Deum sunt digniores. Ipsi.
 Non adest sacramētis spiritus sanctus, quæ p̄ criminatos ministrantur. Sacrosancta.
 Manus immunda tacta inquinat, non mūdat. Necesse.
 Aequè seruandum est verbum Christi, & corpus Christi. Interrogo.
 Sacerdotes nomē Domini inuocat, Domin⁹ autē benedictionem præstat. Dictum est.
 Qui recedit ab eccllesia, nec baptisma, nec ius dandi amittit. Quod quidam.
 Sacramēta quamvis obſint indignè tractātibus, prosunt tamen dignè suimentibus.
 Per Esiam.
 A baptizandis, vel consignandis precia non exigantur. Baptizandis.
 A percipiente gratiam, communionis pre- cium exigi non debet. Nullus.
 Munera inuisibilis gratiae questibus non sunt præstanta. Quicquid.
 Nihil à sacerdotibus exigatur pro balsamo, quod in chrismate ponitur. Placuit.
 Nō est aliiquid exigendū ab iis, qui infantes suos ad baptizandū adducunt. Placuit.
 Qui baptizantur, nullos nummos in con- cham mittere cogantur. Emendari.
 Pro perceptione baptismatis, vel chrismatis, aliquid exigi non debet. Dictum est.

E 2

Nec pro dedicandis basilicis , vel pro sacramentis ecclesiæ conferendis, aliquid exigere debet. Statuimus.

De multiplici genere Simoniacorum. Statuimus.

De iis , qui non simoniacè à Simoniaciis ordinantur. Si qui.

De eo, qui ordinatur ab illo, quæ scit simoniacum esse. De cætero.

Simoniaciis in dignitate seruanda nulla est impendenda misericordia. Erga.

De iis, qui inuiti ad hæreticos ordinatorem trahuntur. Constat.

Qui ab hæresi ad ecclesiam redeunt, in quo inueniuntur ordine : ex beneficio perseverent. Omnis.

Ordinationes quæ simoniacè sunt, falsæ iudicantur. Ordinationes.

De multiplici genere Simoniacorum. Sunt nonnulli.

Aeternā dānationē inueniet, qui quolibet munere ad sacros ordines accedit. Si qd.

Pro ordinationibus nihil omnino accipitur. De ordinati.

Nec precio, nec gratia, nec supplicatione ad sacros ordines accedant. Quibusdam.

Ad episcopalem honorem nullus per ambitionem accedat. Nullus.

Neq; fauore, neq; venalitate ad sacros ordines

nes quisquam promoueatur. Pueri. Episcopo interueniente Papa quendam acclutum ordinauit. Latorem.

Quisquis in Romana ecclesia sacrum ordinem accepit, ab ea egredi non poterit. Filiū. Precio interueniente, sacerdotale officium non restituatur. Nullus episcopus.

Sacrilegi sunt iudicandi, qui ecclesiam Dei non permitunt regulariter ordinari. Sunt quidam.

Codice lib. 9. ad l. Iul. repetund. de iis qui venalē protulerūt sententiam. Lubemus.

De concusione iudicis. ex libro Cod. 47. Concussionis.

Qu. 11.

Pro dedicandis ecclesiis nihil exigatur. Placuit.

Ab iis qui ad conuersationem accedunt, nihil est exigendum, nec precio aliquis ad conuersationem est inuitandus. Quam.

Ab ordinando non debet aliquid exigi, sed nec voluntariè oblata respici oportet. Sicut.

Qui sumptibus propriis sustentari potest, ab ecclesia itipendia non accipiat. Clericos.

Quibus sua sufficiunt, ecclesiæ alimentis non sustententur. Pastor.

Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus ecclesiæ sustentari. Si quis.

Qui sua relinquunt, vel pauperib; distribuunt,

vel ecclesiæ rebus adiungūt, laudabiliter
iis ecclesiastica dispensantur. Sacerdos.
Iuxta meritum laborum clericis stipendia
sacerdotes distribuant. Clerici.

Quæ. III.

De iis qui facros ordines munerū acceptio-
ne dispensant. Audiuimus.

De iis, qui ecclasiā vel ecclesiastica bene-
ficia vendunt. Si quis.

Ab officio suspendatur episcopus, beneficia
vel ecclesiastica officia vendens. Si quis.
Nec altaria nec præbendas episcopis ven-
dere licet. Quæstum.

Quicquid data vel promissa pecunia in sa-
cris ordinibus acquiritur, irritum habeat-
ur. Ea quæ.

Quicquid possidetur, nomine pecunię intel-
ligitur. Totum.

Qui ecclesiastica beneficia emerit, ecclesiastas
quoque emere probatur. Si quis.

Quare in Euāgelio prohibetur, in uestituras
ecclesiæ à laicis fieri, vel vēdi. Saluator.
Ministri & seruitores ecclesiæ absq; vila ve-
nalitate ab episcopis ordinēt. Ex Multis.
Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à
Deo damnantur. Vendentes.
Qui gratiam quam à Deo accipiūt, nō gra-
tis exercent, vendidores columbarū sunt.
Non solum.

Quæ

Quæ ex consecratione pueniunt, in suū ius
vivel munere nemo cōuerrat. Res ecclie.
Simoniacus est, qui decimas & oblationes
laicis, non clericis distribuit. Peruenit.
Spiritum sanctum vendit, qui decimas pro
pecunia tribuit. Altare.

Careat honore malè acquisito, qui ecclie-
stica beneficia pecunia interueniente ac-
quisuit. Si quis.

Quæ. IIII.

Alienum crimen, nescientem non maculat.
Nullius.

De infantibus, qui ab hereticis baptizantur
Placuit.

Consanguineorum maleficia in nullo cleri-
cis obsunt, nisi consciū fuerint. Quia.
Crimen vel pœna paterna nullam maculâ
filio infligere potest. Crimen. Ex Dige-
stis. tit. de Pénis.

Persidia parētū filii obesse nō debet. Iudgi.
Non imputantur peccata parentum iis, qui
ab illis personaliter diuisi probātur. Iam
itaque.

Ei qui imitatur, impietas alterius nocet. Ho-
mini.

De ecclesia, quæ pactione consecratur. Ec-
clesia.

Quænam ignorantia excusat, quum sit alia
facti, alia iuris. Notandum.

Qu. V.

De patuulis, qui cupiditate parentum ecclesias emunt. Quicunque.

In dignitate seruada Simoniacis, misericordia potest impendi, si eos vira commendat. Eos qui.

De quodam, pro quo incuria parentum pecuniam dedit non episcopo, sed vni principum. Praesentium.

Qu. VI.

De iis, qui pro munib⁹ ordinationem faciunt. Si quis.

Simoniacus est, qui ut eligatur præmia largitur. Ego.

Sicut ordinatio, sic electio sive cōsensus sine venalitate debet proferri. Sicut is.

Qu. VII.

Clerici ab hæresi redeuntes, qualiter debeant recipi. Si qui.

De iis, qui pro munib⁹ ordinationem faciunt: & qui redeuntes ab hæresi, in suis ordinibus recipiuntur. Si quis.

Qui redeuntes ab hæreticis, recipi possint, vel non. Conuenientibus.

In ordine male accepto Simoniaci pœnitentiā agere non possunt. Requiritis.

Pro temporum necessitate Apostolicæ sedis Decrētate temperantur. Necessaria.

Cessare necessitate, debet cessare quod eius causa

causa factum est. Quod pro.

Iterum ordinentur, qui ex Nouatianis ad ecclesiam redierint. Si qui.

Iuramentū à schismate redeuntū. Quoties.

Qui extra ecclesiam baptizati fuerint, vel rebaptizati, ad ecclesiasticam militiam non admittantur. Qui in.

Rigor canonum pro persona aliquādo dispensatur. Tanta.

Canonum decreta pietatis intuitu nōn unquam relaxentur. Si qui.

Necessitatis causa quædam in ecclesia tolerantur. Quoniam.

Ex dispensatione quædam tolerantur, quæ canonum rigor non ferret. Didici.

Vilitatis intuitu quædam in ecclesia tolerantur. Tali.

Laicis, qui cōtra decretā canonū ad episcopatū promouētur, ex misericordia lusceptum officium relinquuntur. Exigunt.

Donatistæ & Nouatiani quamvis reprehēsibiliter ordinati, tamē ordinati ex necessitate tolerantur. Maximum.

Redeuntes ab hæresi post publicam cōfessionem in suis ordinibus recipi possunt. Saluberrimum.

Ab hæresi redeuntes, hæresis eius autores publicè detestentur. Si quis.

Quomodo in ecclesia aliqua sunt tolerāda.

HAYKOB

74

IVRIS CANON.

Et si illa.
Redeentes ab hæreticis sunt reordinandi.
Daibertum.

C A V S A S E -
C V N D A .

Querentur octo.

- 1 An in manifestis iudicarius ordo sit requirendus.
- 2 An expoliatus ab aliquo, sit iudicandus.
- 3 Quia pœna sint ferendi qui in accusacione vel testificatione defecerint.
- 4 An duorum testimonio quis sit cōdēnat.
- 5 An deficientibus accusatoribus quis sit cogendus ad purgationem.
- 6 Si remediū sit dādū ei qui causa dilatioris vocem appellationis adhibuerit.
- 7 An laici, vel monachi, vel quilibet inferiorum ordinum, in accusatione maiorū sint audiendi.
- 8 Quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis.

Q. I.

Damnari nemo valet, nisi aut conuictus, aut sponte confessus. Nos in.
Multi per tolerantiam sustinendi sunt, quāuis sententia diuini iudicij sint condemnati. Vnus.
Nullum seruetur iudicium, nisi rationabili-
ter habitum. In primis.

Vltima

T I T V L I .

75

Vltima sententia debet de scripto proferri.

Statutis.

Restituendus est quem neque conuictum,
neq; cōfessu, constat esse ciectū. Notum.
Ante quām cause examinetur, aliquem ex-
communicare non licet. Nemo.

Incerta & dubia iudicari nō possunt. Nomē.
Nec suspicionis arbitrio, nec ante verū & iu-
stū iudiciū aliquis cōdemnetur. Primo.

Qui ab accusatione prohibeantur, & qui re-
cipiantur. Prohibentur.

Sine accusatione, manifesta iudicanda sunt.
Manifesta.

Ordinem iudicarium, manifesta non desi-
derat causa. De manifesta.

Quando aliqui sint corrigendi, quando to-
lerandi. Multi.

Peccatum quod tantū iudici notum est,
ab eo dānari non valet. Si peccauerit.

Sententia nō præcipitanter ferēda est. Deus.
Sine accusatione, manifesta ferenda sunt.
Scelus.

Q. II.

Ante item contestatam possessori cuncta
restituenda. Antiquitus.

Nullus debet accusari, dum suis rebus fue-
rit spoliatus. Nullus.

Nec conuocari ad Synodum, nec in aliquo
debet iudicari spoliatus. In scripturis.

Q.

Qu. III.

De iis qui non probanda obiiciūt. Si quis
Si accusator in accusatione defecerit, talio-
nem recipiat. Calumniator.

De iis, qui falsis criminibus aliquem impe-
tunt. Si quis.

Conuicium non est pro accusatione habé-
dum. Si quis.

De eo, qui promissione illectus ab accusa-
tione destituerit. Paulum.

De iis, qui accusationem deferunt, ut ecclie-
siasticos ordines accipiant. Euphemiu.

De eo, quem pœnitentia criminaliter accusa-
fec. Si quem.

Qu. IIII.

Iuramentum à sacerdotibus non est exigē-
dum. Sacramentum.

Si quis presbyter contra laicum, & laicus
contra presbyterum querimoniām ha-
beat. Si quis.

Sacerdos si à populo fuerit accusat⁹, iuramē-
to innocentia suam affirmet. Presbyter.

De Leone episcopo, quem B. Gregorius pur-
gationem præbere fecit. Habet hoc.

Gregorius Menam episcopum iuramento
purgare fecit. Menam.

De maximo Salonitano episcopo, qui sacra-
mēto semetipsū expurgauit. Quanto.

Qualiter Sixtus semetipsū purgauit. Man-
dastis:

dastis.

De causa Gillandi presbyteri. Super.

De purgatione clericorum, si conuinci non
potuerint. Si.

De Leone, qualiter se purgauit. Auditum.
Qualiter sacerdotes se purgare debeant.

Omnibus.

Candentis ferri & feruentis aquæ iudiciū
in ecclesia prohibetur. Consulisti.

In Nouo testamento monomachia non re-
cipitur. Monomachiam.

Si furtā in monasterio fiunt, iudicio mona-
chi se expurgent. Sæpe.

Quicunque de adulterio accusatur, proba-
bili iudicio se expurget. Interrogatum.

Quū plures de adulterio accusantur, & vñus
cæteros purgare voluerit, oēs rei habeā-
tur, si ipse in iudicio ceciderit. Statuit.
Pro singulis Missa celebretur, qui de aliquo
crimine accusantur. Si episcopo.

Qu. V.

Quot testibus quisque clericorum cōuinci
debeat. Placuit.

Quot testibus episcopus vel presbyter, vel
reliqui clericī fint conuincendi. Præsul.

Episcopi non nisi 72. testibus condemnā-
di sunt. Nullam.

Qu. VI.

Dc appell
Causæ vitiæ, remedii appellationis subue-
lationib.
niat.

niat. Liceat.

Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedē appeller. Si quis.

Episcopi & au^roribus pulsati, Apostolicam sedem appeller. Omnes.

Ab omnibus appeleretur ad Romanam eccl^{esi}am. Ad Romanam.

Qui à proprio metropolitano se grauari putauerit, maiorem sedem appelleret. Si quis.

Ad Romanam eccl^{esi}am quasi ad matrem appeleretur ab omnibus. Ad Romanam.

Quoties aliquis appellauerit, audientia ei non denegetur. Placuit.

In iustē dānati restitutionem, oppressi auxiliū à Romana eccl^{esi}a debet habere. Ideo.

De causa appellationis cognoscere nō licet, nisi ei ad quem appellatur. Decreto.

Iudicia appellantium ab iis sunt audienda, ad quos appellatur. Qui se.

De Remensi archiepiscopo, qui appellatē Romanam sedem, iudicare est ausus. Arguta.

Quisque obedientiam maiorib. exhibeat, quam ab inferioribus desiderat. Qui scit.

Qui grauatur à proprio metropolitano, primates, aut vniuersalem eccl^{esi}am sedem appeleret. Si quis.

Ante exitum causæ per appellationem redere licet. Non ita.

Excom

Excommunicetur, qui iudicibus suis obtēperare non vult. Quisquis.

Non denegetur appellatio ei, quem in supplicio sententia destinauit. Liceat.

Aute daram sententiam licet alicui appellare. Si quis.

Post latam sententiam, infra quod tempus quisque appellare debeat. Propter.

A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimissoriæ literæ dirigantur. Ab eo.

De iis, qui causa dilationis appellant. Quicunque.

Quum possessor appellat, dum euentus causa dubius est, possessionis fructus sequentur. Quoties.

In iustē appellans, omnino puniendus est. Omnino.

Intra decem dies remedium appellationis conceditur. Anteriorum.

Quando appellandum sit primo vel secundo. Biduum.

De appellationibus recipiendis, vel non. Non solent.

De libellis dimissoriis, vel apostolis. Post.

Excommunicatur catholicus, qui committit causam suā iudicio alterius fidei. Catholicus.

A quibus iudicibus prouocari non debet. A iudicibus.

A iudicibus, qui eliguntur, communī cōsensu prouoc

prouocare non licet. Sanè.
 Qui de episcoporum iudiciis quæruntur, à
 vicinis episcopis audiantur, vel ab aliis ex
 consensu eorum adhibitis. Placuit.
 Is, qui appellauit, ad eum à quo appellauit,
 remitti non debet. Si quis.
 Quum per appellationem sententia soluitur,
 non debet obesse ei, qui non iniquo ani-
 mo iudicauit. Hoc etiam.
 Clericus non deuocetur in testimonium il-
 lius causæ, cuius primum cognitionem
 suscepit. Statutum est.
 Non licet prouocare ab iis, ad quos prouo-
 catum fuerit. Si autem.
 Appellationem in causa capitali vel status
 interpositam, per procuratorem exequi
 non licet. Si quando.
 Quando exequenda sit appellatio, quæ sen-
 tentiæ non valeant, & quorum appellatio-
 nes non recipiuntur. Ei, qui.

Qu. VII.

De accu- Laici in episcoporum accusatione non sunt
satoribus. satoribus. recipiendi. Non est.
 Laicus clericum non accuset. Nullus.
 Anathematizatus sacerdotes accusare non
 potest. In sancta.
 Nec clerci in accusatione laicorum, nec lai-
 ci in accusatione clericorū sunt recipi-
 di. Sicut.

cōdōm

Laici

Laici clericos accusare nō debet. Sacerdotes.
 Minores non debent accusare maiores. *Infra 6.*
 Clericus. *q. I. G. 3.*
 Oues pastorem suum, nisi à fide exorbita-
 uerit, non debent accusare. Oues.
 Quare laici episcoporum accusatione non
 audiantur. Laici.
 Sacerdotes non nisi à viris idoneis & pro-
 batib[us] accusari possunt. Accusatio.
 Communione priuerit, qui primati, ad-
 uersus episcopum cōqueritur, priùs quàm
 familiariter eum conueniat. Si quis.
 Nisi opinione discussa, non audiantur ac-
 cusatores episcoporum. Si qui sunt.
 Maiores natu non accusent, nisi qui sunt re-
 Etæ fidei & conuersationis. Quærendum.
 Absque duobus vel tribus testibus non re-
 cipientur episcoporum accusations. Ac-
 cusatio.
 Pro sola conventione episcopi, non submo-
 ueatur aliquis à communione. Si quis.
 Quare subditi prælatos suos reprehendere
 non possunt. Sunt nonnulli.
 Non omnes subditi, sed criminosi tantum
 prohibetur accusare prælatos. Præsumunt.
 Infames accusare non possunt. Alieni.
 Christianos accusare, vel in eos testificari,
 qui fidem acceptam deseruerunt, non
 possunt. Non potest.

F

Hæretici, Iudæi, vel Pagani, Christianos accusare non possunt. Pagani. Hæreticus hæreticum accusare, & contra eum testificari potest. Si hæreticus. Quæ publicis documentis probari non possunt, toleranda sunt. Plerunque. Quem ætas, non vita seniorem facit, grauiter est increpandus. Paulus. Dignitas nō facit episcopum, sed vita. Non omnes. Non episcopi nomen, sed vita reverentiam meretur. Non omnis. Docti ab indoctis, clericis à laicis quandoque merito reprehenduntur. Secuti. Qui suscepū officiū non administrat, non sit episcop⁹, sed canis impudicus. Qui nec Maiores & minores non dignitate, sed vita intelligi oportet. Paulus. Non episcopi nomen, sed vita maiorem facit. Quanquam. Episcopi, licet pares sint meritis, gradus tamen differunt dignitatibus. Puto. Non in honore, sed in veritate filius æquatur, vel præponitur patri. Quæritur. Aequales fuerunt meritis, licet gradus differentes, Petrus & Paulus. Beati. Qui sacerdotes esse non possunt, sacerdotes accusare non valent. Ipsi. Sacerdotes accusare, vel in eos testificari nō valent

valeant, qui ad sacerdotium prohibentur eligi. Testes.

Petrus à fidelibus interrogatus, cur ad gentes intrasset, non potestate respondit, sed humilitate rationem reddidit. Petrus.

Imperiali iudicio Apostolicus se emendare permittit, si quid erga subditos iniuste commiserit. Nos.

Redarguendi se licentiam beatus Gregorius aliis præstat. Si quis.

Paulus Deaclinæ ciuitatis episcop⁹, subdirotū accusatione cōuictus, deponitur. Lator. Subditi prælatos suos accusare possunt.

Metropolitanum.

Vitam prælatorum subditi nulla simulazione negligant. Sicut.

Clerici excelsus sui episcopi, auribus deferrant Romani pontificis. Quapropter.

Clerici aut laici sine examinatione ad episcopū accusationē nō admittantur Clericos.

Quælibet persona episcopū, aut alios accusas, monstranda documentis inferat. Si quis.

Sacerdotes nō accusent, qui ad eundem ordinem prouchi non possunt. Sacerdotes.

Nisi irreprehensibiles, in maiorum accusationem non recipiantur. Criminaciones.

Monachi sacerdotes accusare, vel in eos testificari, non possunt. Placuit.

Monachi in accusatione non sunt audiendi.

Nullus.

Consentit conuincitur, qui quum possit, peruersis negligit obuiate. Negligere. Quantum ex vita merito quis ecclesiam ædificat tantum nocet, si destruentibus non resistat. Sancta.

Subdit virari prælatorum reprehendere studeant. Admonendi.

Clerici, seu electi monachi, sint cubicularij episcopi. Quem pastoris

Prauos in sua societate episcopus habere non debet. Peruenit.

Viros boni testimonij semper episcopi secum habeant. Episcopi.

Quæst. VII.

Accusatio semper fiat in scriptis. Accusatorum.

Accusatio semper debet fieri in scriptis. Quisquis.

CAUSA III.

Queruntur undecim.

1. An restitutio danda sit quibuslibet expoliatis.

2. An inducias post restitucionem tautum dari, etiam post vocationem ad causam quibuslibet concedendas sint.

3. Quo spacio melius utriq; sint cōcedēdē.

4. An infames & non legitime conuicti, ad

accusa-

accusationem sint admittendi.

5. An testes de domo accusatorum sint producēdi, vel inimicorum vox sit audiēda.

6. An extra prouinciam reus sit producendus.

7. An sit audienda eius sentētia, quem cum reo par inficit malicia.

8. An ab uno tantum episcopus sit audiendus, vel iudicandus.

9. An accusatores vel testes in absentem vocem accusationis vel testificationis exhibere valeant.

10. An deficiētes in primo capitulo, sint admittendi ad sequentia.

11. An accusato liceat accusationem in accusatorem vertere.

Qn. I.

Expoliatis vel electis omnia sunt integranda. Episcopis.

Non est sacerdos, qui fratrum se subtrahit obsequiis. Nulli.

Excommunicentur, qui opprobrium & calumniam inferunt sacerdotibus. Deus.

Qn. II.

Secundum tempus expoliationis cōceduntur inducias restitucionis. Quanto.

Dū possessiones vel res episcopi derinentur, aliquid illi obiciū nō potest. Quā ecclesia. Ante litem contestatam violēter ablata restuantur. Oportet.

F 3

Deiiciantur à clero, & infames fiant, qui loca expulsorum adulterina fœditate invaserunt. Audiuiimus.

Inducia sex mensum electis vel spoliatis præstantur. Electis.

Post restitutionem induciæ præstandæ sunt. Prius.

Ante restitutionem aliquis ad causam reuocari non debet. Si episcopus.

Ab administratione remoueatur, quires ecclæ malè viuendo dispergunt. Qui ca.

Qu. III.

Venienti ad iudicium, induciæ non negentur. Quum.

Quot mensum induciæ episcopis præstādæ sunt. De induciis.

De induciis præstantis. Induciæ.

Qu. IV.

Iterum de accusatoribus. Infames, eos qui sunt bona famæ, accusare non possunt. Alieni.

Qui legem suam sponte træsgreditur, ante suam reuersionem rectè agentes accusare non potest. Beatus.

A suo proposito discedentes, sunt infames. Si quis.

Incestuosi, & non legitimè coniuncti, sacerdotes & legitimè coniuctos accusare non possunt. Consanguineorum.

Qui non sunt recipiēdi in accusatione. Cōspira-

spiratores.

Anathematizati, fideles accusare non possunt. Omnes.

Clericus qui episcopum accusauerit, infamis efficitur. Clericus.

Infames & exules fiant, qui episcopos persequuntur. Hi qui.

Detractores, & inimicorum authores, epis-
copos accusent. Detractores.

Infamis sacrilegus religiosum Christianū accusare non potest. Nulli.

Aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio. Engeltrudam.

Qu. V.

Cōsanguinei vel familiares aduersus extra-
neos testimoniū non dicāt. Cōsanguinei.
Nuper inimici accusatores, vel testes esse
non possunt. Accusatores.

Suspecti, inimici, litigiosi, & qui sunt malæ
vitæ, & prauæ fidei, accusatores, vel testes
esse non possunt. Suspectos.

Ab accusationibus clericorum repellantur,
quos leges mundi non admittunt. De ac-
culatoriis.

Alienigenæ, & quos diuinæ voces mortuos
appellant, episopos accusare non pos-
sunt. Canonica.

A clericis repelluntur accusations, quas
leges mundi non admittut. Accusationes.

Nec seruus, nec libertus, nec infamis episcopum accusare præsumat. Acculatores. Infames, qui ad fortilegos & diuinos concurrunt, nec accusatores nec testes esse possunt. Constituimus.

Suspecti autem gratiosi ad accusationem non admittantur. Similiter.

Qui inimicitis studet, vel facile litigat, nec accusator nec testis potest esse. Nullus. Familiares suspecti, de domo prodeutes, non recipiantur in accusatione. Acculatores. Qui inimici, vel suspecti sunt, & qui odio quolibet insequeuntur, ab accusatione remouantur. Omnes.

Qui inimici sunt, iudices esse non possunt. Quod suspecti.

Q^u. VI.

Vbi crimen admittitur, ibi causa ventiletur. Ibi.

Accusatus non nisi in foro suo audiatur. Si quis.

Intra prouinciam, & à prouincialibus tantum causa est audienda. Ulta.

▲ cōprouincialibus accusatus, vel iudicat^{ur}, Apostolicam sedem appellat. Accusatus. Comprouinciales & metropolitani episcoporum causam audire, sed diffinire non possunt. Quamuis.

Ante Apostolicam censurā in causis episcoporum

porum non est diffinitiu ferenda sententia. Multum, ^{ad diuinum quod est} Præter conscientiam Romani pontificis, nec concilia celebrari, nec episcopum damnari oportet. Dudum.

Quorundam episcoporum depositionē cōtra conscientiam Romani pontificis factam, pro pace tolerauit ecclesia. Hæc. Dominatio iniusta, irrita est, & in Synodo retractanda. Irritam.

Peregrina iudicia in omnibus sunt submouenda. Peregrina.

Nulli liceat aliatū prouinciarum iudicium expetrere. Non.

Absque Apostolicæ sedis decreto extraneos iudices adire non possumus. Vnaquæque.

Super appellatione alterius prouinciae iudices audire non oportet. Neminem.

Vbi crimen admittitur, ibi causa ventiletur. Qui crimen.

Q^u. VII.

Infames, surdus & mut^{us}, furiosus, impubes, amot^{us} à senatu, seru^{us}, & fœminæ, iudices vel procuratores esse nō possunt. Infamis. Quomodo infamia irrogatur, ca. eodem. §.

Si quis verò.

Qui aliorum via via puniunt, sua prius corrigerē studeant. Qui sine.

Ille de vita alterius iudicet, qui nō habet in

Scipio quod puniat. Iudicet.
Grauatus criminibus , iudicare non valet.
In grauibus.
Primum nosmetipso, deinde proximos debemus corriger. Postulatus.
Sacerdos primum sua peccata, deinde aliena deterga. Sacerdos.

Qn. viii.
Episcopus non nisi à pluribus audiatur, & iudicetur. Accusationes.
A quo episcopis audiatur episcopus, qui in reatum inciderit. Suggero.

Qn. ix.
Nisi reo presente, accusator non audiatur.
Accusatori.

Absente aduersario sententiam ferre non licet. Caeant.

Reo absente, accusator non audiatur. Absente.

Quæ in absentes geruntur , omnia euauantur. Omnia.

Non iudicetur qui præsentialiter non accusatur, vel conuincitur. Non oportet. Sententia ferriatur , qui causæ suæ negligit adesse. Decreuiimus.

Absentes nec accusari, nec iudicari possunt.
Absentia.

Altera parte absente , diffinitua non feratur sententia. Reuera.

In absentia non est ferenda sententia. Absens.
Testes non dicant testimonium , nisi de iis,
quæ præsentialiter & veraciter nouerūt.
Testes.

Non admittitur in testimonium, quos non eodem tempore negotio interfuisse constiterit. Nihilominus.

Ad seriem gestorum testis ex suo nihil adiicit. Pura.

Absens, per alium nec accusare nec accusari potest. Absens.

Reo absente libellus accusationis frustra offertur. Carthæ.

Testes corporaliter præstito iuramento, testimonium dicant. Hortamur.

Accusator & accusatus simul debent adfici. Necesse.

Qn. x.
Qui in primo capitulo deficit , ad cætera non admittatur. Placuit.

Qui falsa fratribus obiiciunt, usque ad extum non communicent. Eos qui.

Qui quod obiicit probare non valet, de cetero ad arguendum non admittitur, nisi prius propriam causam , ciuilem duntaxat, afferere voluerit. Si accusatorum.

Qn. xi.
Accusati nisi prius expurgauerint, alios accusare non possunt. Neganda.

HAKOBA

92

IVRIS CANON.

CAUSA IIII.

Queruntur sex.

- 1 An in excommunicatione constitutus, alium accusare valeat.
- 2 An infra quartumdecimum annū in criminali causa testari quis possit.
- 3 An ab accusatione prohibitus, personam testificantis possit assumere.
- 4 An idem possit esse accusator & testis.
- 5 An die constituta non occurrentis, à communione sit remouendus.
- 6 Si in episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an ad assertionem propriæ causæ de cetero sit admittenda.

Qu. I.

Ad accusationē non admittatur, qui in excommunicatione perseverat. Diffinimus. Hæretici probantur, qui schismate vel excommunicatione ab ecclesia sunt separati. Quod autem.

Qu. II. & III.

De testi—Qui ab accusatione repelluntur, aut ad annum 14 nondum peruenierunt, testes esse non possunt. Testes.

Qui nā testes esse possint, & qualia esse debent testimonia, ibidem § Si testes.

Accusator vel testis, vel iudex aliquis simul esse

X TITVLLI.

93

esse non potest. Nullus. Nemo in causa vna duas personas gerere valet. Nullus. Suspicionis incida in crimē iudex, de domo cui⁹ accusator, vel testis p̄ducitur. Cōtra.

Qu. V.

Non est à communione suspendendus, qui die statuta ad cauiam venire non potuit. Quisquis.

Qu. VI.

In ciuili & proprio duntaxat negotio ad argendum admittitur, qui in episcopi accusatione culpabilis reperitur. Illud. Propriam causam agere valet, cui accusare non licet. Omnibus.

In accusatione episcoporū deficiēs ciuiliter tantum experiri poterit. Si accusatorum.

CAUSA V.

Queruntur sex.

- 1 Qua poena sit feriendus, qui famosum libellum clanculo scribens, probare negligit quā literis mandauit.
- 2 Quoties sit vocādus episcop⁹ ad causam, ante quā sententiā dānationis excipiat.
- 3 An per procurationem causam suā agere valeat, qui per seipsum causæ suæ adfesse non potest.
- 4 An absque synodali audientia sit demandandus.

An

CAUSA

HAKOBA

5 An ideo aliquis habendus sit inimicus:
quia crimen alterius indicat.
6 Quia pena sit plectendus, qui quod intru-
lit, probare non valet.

Qu. I.

Flagelletur, qui scripturam in alterius fa-
mam neglexerit probare. Qui in
Anathematizentur, qui famulos libellos in
ecclesia ponunt. At qui,
Famosum libellum inventiens, corrumpat,
aut celer: alioqui se eius auctorem facit.
Ibidem. §. Si quis.

Qu. II.

Vocatio ad synodū, eius qui impetratur, & in
scriptis & per spaciū fiat cōgruū. Vocatio.
Quibus temporum spaciis reus vocetur ad
causam. Præsentī.

Nullius accusatio per scripta suscipiatur.
Relatum.

Vi aut timore electi, aut suis rebus spoliati,
ad synodus non vocentur. Si primates,

Qu. III.

Pro se legatum ad synodū mittat, quē gra-
uis necessitas premit. Si ægrotans.

Criminaliter accusans, vel accusatus, per se
experiatur. In criminalibus.

In omnibus causis præterquā in criminali-
bus, episcopi & sacerdotes pro se aduoca-
tum habeant. Qui episcopus.

Qu.

Q. III.

Nisi in legitima synodo episcopus iudicari,
vel audiri non debet. Nullus.

Episcopus accusatus à duodecim audiatur,
causæ verò finis ad sedem Apostolicam
deferatur. Duodecim.

In cognitione causarum contentiosi locum
non habeant. In loco.

Qu. V.

Magis nocet, qui crimen celat, quam qui
amicabiliter indicat. Non vos.

Nec qui parcit, est amicus: nec qui verbe-
rat, est inimicus. Non omnis.

Nō odio habetur, sed diligitur, qui castiga-
tur & corripitur. Non osculatur.

Ad accusationem non admittatur, aliorum
crimina sponte confitentes. Illi qui.

Qu. VI.

Puniatur, qui aliis falsa intulerit. Omnis
ratio.

Quia pena feriatur, qui crimen illatum
non probat. Quia.

Ad sanctæ communionis ministerium non
accedat, qui crimen illatum non probat.
Epiphanius.

Quia pena delator sit feriendus, & quis fit
delator. Delatori.

Qui innocētē falso crimine maculauerit, sa-
cerdotis arbitrio pœnitēcia diuturna purge-
tur.

tur. Si quis.
A communione coērceatur laicus, qui ecclēsiā vel clericū per calumniam fatigauerit. Si quis.

CAVSA VI.

Querantur quinque.

- 1 An crimine irretiti, vel infamia notati, ad episcopi accusationē sint admittendi.
- 2 Si episcopus accusationem in eos vertere voluerit, an simplici assertioni suæ sit fides habenda.
- 3 An liceat ei expetere iudicium archiepiscopi alterius prouinciae.
- 4 Cuius iudicium sit ei expetendum, si circa suam sententiā episcopos suæ prouinciae discordare contigerit.
- 5 Si in probatione deficit accusator, an reus sit cogendus ad probationem suę innocentiae.

Qu. I.

- Supra ca.* A criminosis sacerdos accusari non permittitur. Si.
- 2. q. 7. &* Infames, & qui culpis exigentibus ad sacerdotium proueni non possunt, sacerdotes non accusent. Omnes.
- c. 3. q. 3.* Infames sunt, qui regnum Dei consequi non valent. Illi.
- Ante accusationem excommunicati, ad accusationem

sationem non admittantur. Omnes illi. Sacerdotes non nisi à coæqualibus accusari debent. Beatus.

Qui criminosis fuerit, sacerdotes accusare non potest. Qui crimen.

Deo non placet, qui seruos suos accusat. Si omnia.

Populus sacerdotes arguere, vel increpare non valet. Sacerdotes.

Ne quis de se præsumat, linguae malorum ex Dei præcepto cōtra eū excitātur. Imitare.

Ut boni salubriter humilietur lingue malorum contra eos insurgunt. Sunt plurimi.

Deo rectè famulantes persequi non licet. Quiescite.

Subditī prælatos suos accusare non debent. Ex merito.

Bonus nocere non cupit. Sapientia. Raptoribus deteriores sunt episcoporum detractores. Deteriores.

Quæ personæ infames habeantur. Infames. Infamis efficitur, qui sciens peierare præsumit. Quicunque.

Accusationes & personas, quas leges profanæ non admittunt, ecclesia quoque repellit. Nos.

Dubium est, an sciens auarus, an nesciens. hæreticus grauius peccet. Quæro.

Factiosi cōtra principem gladio feriatur, &

corā liberī ex hæredentur. Ibid. §. Si quis.

Quo. II.

Episcopus alicui crimen obiiciens, in synodo proberet quod obiicit. Episcopus.

Episcopus non proferat, quod probare non potest. Sit tantum.

De episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. Placuit.

Quo. III.

Alterius parochianum alicui iudicare non licet. Scriptum.

Quot ciuitates unaquæque prouincia habeat. Scitote.

Non aliorum sed primatis sui iudicio quisque subiciat se episcopus. Denique.

Quando episcopus parochianum alterius excommunicare valet. Placuit.

Quo. IV.

A quo sit ferenda sententia, quando prouinciales episcopi discordant. Si quis.

Quando iudices electi de sententia inter se discordes extiterint, de vicina prouincia archiepiscopus aduocetur. Si quis.

Primati deferantur negotia, quæ metropolitanus explicare non valet. Si inter.

Episcopus qui ab episcopis suæ prouincia consonam sententiam reportauit, ab aliis iudicari non poterit. Si quis.

Semel diffinitū retractari non licet, nisi vbi maior

maior autoritas fuerit. Quod bene. In renouatione iudicij, beati Petri memoria est habenda. Osius.

Quo. V.

Onus probationis reo non incumbit. Quod autem.

CAVSA VII.

Queruntur duo.

1 Vtrum viuente episcopo, alius possit in eadem ecclesia ordinari.

2 An iste valeat reposcere cathedram, quam sua intercellione alter accepit.

Quo. I.

Pro molestia corporis suo honore non priuictur episcopus. Scriptit.

Flagellatis à Domino, afflictio addi non debet. Quum.

Pro infirmitate, vel ægritudine pontifices non sunt abiiciendi, nec in eorum locum alii substituendi. Pontifices.

Viuente episcopo, alius illi succedere non valet. Factus.

Non est episcopus, qui in locum viuentis irrepit. Novatianus.

Non est in ecclesia, qui cum episcopo pacem non habet. Scire.

Suo iuri quis cedere non debet. Quam, Perditionē sibi acquirūt, qui ab episcopis recedētes, vnitatē ecclesiarū scindūt. Deniq;

G 2

Non est defendendus, qui viuentis locum
inuadit. Non furem.

Non licet episcopo ecclesiam suam dimit-
tere. Sicut.

Augustinus non tam successit, quam acce-
dit. Non autem.

Episcopo grauato infirmitate, alius surro-
gari potest. Qualiter.

Quisque sacrificans sacerdotem sibi vici-
oū habeat, qui cœpta sacramēta expleat,
si ei aliqua necessitas ingruerit. Illud.
Si sacerdos necessitate p̄occupatus fuerit,
excepta sacramenta per aliū expleantur.
Nihil contra.

Senectute grauato coadiutor est dandus,
qui morienti succedat. Petiti.

Non successor, sed coadiutor episcopo vi-
uenti datur. Quia.

Episcopus vel quilibet relicta sua ecclesia,
nō debet ad aliā transire. Non oportet.

In monasterio deputetur episcopus, qui in
ecclesia sua residere cōtemnit. Peruenit.

Episcopo nulli conceditur, principalem ca-
thedralm relinquere, & ad aliam ecclē-
siā se conferre. Placuit.

Intercessori cathedralm, cui datus est, tene-
re non licet. Constitutum.

Excomunicentur clerici, qui sua relicta ec-
clesia, ad eam redire noluerint. Si qui.
Non

Non licet episcopo ecclesiā suā relinquere,
& ad aliam transire. Episcopum.

Alienæ plebes ab episcopo non usurpentur.
Placuit.

Alienos clericos ordinare, & altaria conse-
crare, episcopo non licet. Episcopus.

Diebus solennibus clericus ecclesiā suę de-
cē non debet. Si quis.

Remouendus est episcopus ab ecclesia cui
irreperit, & ad suam cogendus est redi-
re. Remoto.

Qui alienam cathedram appetit, ab ea ex-
pulsus, etiam propria careat. Si quis.

Vraque careat ecclesia, qui contemptu mi-
noris ad maiorem aspirat. Si quis.

Deicitur à clero, qui muneribus ecclesiā
acquirere tentat. Sancitum.

Necessitatē vel utilitatis causa, episcoporū
mutationes fieri possunt. Mutationes.

Causa necessitatē mutationes episcopo-
rum fieri possunt. Scias.

Christum negare conuincitur, qui necessi-
tatem patientibus misericordiam non
impedit. Omissis.

Nō ambitiō, sed synodali autoritate de ec-
clesia ad ecclēsiā episcopus trāseat. Episc.

Ecclesia unius episcopi ab alio disponi non
debet. Sicut.

Deponatur, qui locū alterius inuadere non
G;

timuerit. Eum.

In una ecclesia duo prelati esse non debent.

In apibus.

Qui metu hostilitatis ad alium locum transferit, postea ad suam ecclesiam redire oportet. Pastoralis.

De sacerdotibus, qui relictis suis ecclesiis, ad alias migrarunt. Eos.

Necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt. Temporis.

Episcopus, qui causa humilitatis monachus efficitur, ad pontificatum redire non vallet. Hoc nequaquam.

Pro infestationibus malorum non licet episcopo gregem relinquare. Suggestum.

In persecutionibus episcopus ecclesiam suam non deserat. Scisciraris.

Non est reprobatio, sed virtutis probatio, bonorum aduersitas. Aduersitas.

Si episcopus specialiter queritur, fugiat ibidem. §. Hoc etiam.

Quando licet prelati subditos deserere, vel non. Ibid.

Qst. II.

De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat. In.

A regimine suspeditur ecclesia, qui in terram frequenter eliditur. Nuper.

Causa

CAUSA VIII.

Queruntur quivque.

- 1 An liceat episcopo sibi successorem instituere.
- 2 An amicorum patrocinia in electione debeant valere.
- 3 An sit habēdus Simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentum canonicis præstat.
- 4 An liceat clericis ante sententia tempus ab episcopo suo discedere.
- 5 An sine literis Apostolicis debeat redire ad propriam ecclesiam.

Qst. I.

Quod Petrus Linum & Cletum adiutores sibi asciuit. Si Petrus.

Episcopo successorem sibi constituere non licet. Episcopo.

Qui sibi & ecclesiae prodest, utroque pede calcarius intelligitur. Olim.

Locus regis sicut desideratib^{us} est negādus, ita fugiēribus est offerēdus. In scripturis.

Qui præsele & non prodest desiderat, επισκοπεῖν non debet. Qui episcopatum.

Pro ingenio discentium, doctor modetur verba doctrinæ. Oportet.

Qui omnibus prælest, nōgulos releuare contendat. Clemens.

G 4

aliquam securitatem nulli faciat. Talia.
Post electionē pro indēnitate ecclesiæ licet
Electo iuramentum præstare. Artaldus.

Qu. IIII.

Ante tempus sententiae non licet clericis ab
episcopo suo discedere. Nonne.

Qu. V.

A sede Apostolica vocatus episcopus, domū
non reuertatur, nisi purgatus, & Apo-
stolicis literis instructus. Quilibet.

CAVSA IX.

Queruntur tria.

- 1 An ordinatio, quæ ab excommunicatis fa-
cta est, aliquo modo possit rata haberi.
- 2 An licet episcopo, archiepiscopo, prima-
ti, vel patriarchæ, clericos alterius pro-
vinciæ sine propriis literis ordinare.
- 3 An archiepiscopus clericos suffraganei
sui illo inconsulto damnare valeat, vel
damnatos absoluere.

Qu. I.

Non potest appellari consecratio, quæ fit ab
excommunicatis. Nos.

Ordinationes ab excommunicatis non Si-
moniacæ factæ, ex misericordia toleran-
tur. Ab excommunicatis.

Qui nominatim excommunicati sunt, & qui
aliorū sedes inuadunt, alios ordinare non

G 5

Contra Christum faciūt, qui gratia, nō me-
ritis gradū ecclesiasticū tribuūt. Qui vos,
Ad sacerdotiū non eligatur, nisi qui cæteris
& sanctior & doctior habetur. Licet.
Populi gubernatio diuina electione præste-
tur. Siergo.

Non ex favore, sed iudicio debet venire
electio. Nec nouum.

Ex meritis populi aliquādo datur princeps.
Audacter.

Non sunt filii, sed mercenarij, qui honorem
ab hominibus appetunt. Sunt in.

Ex electione non præficiuntur episcopi, sed
comprobantur. Illud.

Pro gradu sui officij quemque meliorem el-
se oportet. Qualis.

Populus iudicabit episcopum officia non
agentem. Vereor.

Qui clericos suos non corrigit, populū cor-
rigerenon valet. Quid autem.

Episcopo ad salutem non sufficit, motibus
& vita populo adæquari. Nec sufficere.

Qu. II.

In electione episcopi nec munerum datio,
nec aliquorū patrocina valeant. Illud.

In electione antistitis cōmuni vtilitati, non
suo lucro quisq; prospiciat. Delectissimi.

Qu. III.

Qui in episcopū eligit, de reb⁹ ecclesiasticis
aliquā

possunt. Ordinationes.
Irrita sit electio, quæ non à cathelicis facta
probatur. Nos in.

Q^o. II.

Alterius ecclesiæ parochianum nullus iu-
dicare præsumat. Nullus.

In alterius parochia, nisi eo vocare, aliquid
agere non licet. Nullus.

Ad ordinationem clericorum, vel ecclesia-
rum alterius episcopi, nisi ab eodem inui-
tatus, non accedat episcopus. Nullum.

Ad ordinationem ecclesiæ, quæ illi cōmis-
sa non fuerit, minimè accedat episcopus.
Episcopum.

Non accedant episcopi ad ecclesias, quæ
sunt extra eorum dicēcēsim. Episcopi
Clerici ab episcopo alterius parochiæ ordi-
nati, à proprio in suis ordinibus recipi
possunt. Lugdunensis.

Q^o. III.

Nec episcopi sine metropolitani consciētia,
nec ille sine illorum consensu aliquid
agere debent. Per singulas.

Sine metropolitani cōsciētia extra suā dicē-
cēsim nihil agat episcopus. Per singulas.
Metropolitanus cōstituat cōeconomos, quos
episcopus habere neglexerit. Quū simus.
Metropolitanus sine episcoporū cōfensi, vel
præsentia alicuius corū, non audiat cau-
fas,

fas. Saluo.

In suffraganei parochia nihil absque eius
cōsilio metropolitanus agat. Cōquestus.
Apostolicæ sedis iudicium à nemine est re-
tractandum. Patet.

Ab aliis damnatos, vel excommunicatos

Apostolica soluit autoritas. Fuit semper.

Prima sedes null^o iudicio subiacet. Nemo. *Autori-*
Romana sedes de omnibus iudicat, & à ne-
mine iudicatur ibi. §. Cuncta per mundū.
Cuiuslibet ecclesiæ clericos Papa valet or-
dinare. Nunc.

CAUSA. I.

Quæstione tria.

1. An basilica cum omni dote sua ad episco-
pi ordinationem pertineat.

2. An res ecclesiæ episcopis usurpare li-
ceat.

3. Quid nomine cathedralici à sacerdoti-
bus exigere valeat.

Quest. I.

Basilica quæ consecratur, à dicēcēana lege
non segregetur. Si ex.

Nullus ministrat Abbatibus episcopalia, qui alicui episcoporū nolūt subesse. Abbatib. Vtilitates monasterij à proprio episcopo debent disponi. Cognouimus.

Cum monialibus, monachis habitare non licet. Diffinimus.

Monachi & monachæ in nullo simul coabitent loco. In nullo.

A monasterio monachorū, lōgiis cōstituant monasteria puellarum. Monasteria.

Puellarum monasteria monachorum presidio & ministerio regantur. In decima.

Sanctimonialibus receptacula, seu domicilia priuata habere non licet. Perniciosam.

Monasteria clericorum, aut laicorum habitacula fieri non debent. Peruenit.

Qui in sacro sunt ordine cōstituti, in monasteriis nullā habeant potestatem. Dudū.

Gratia

Gratia visitandi & exhortandi monasteriū episcopus adire potest. Visitandi.

Frequenter episcopi monasteria visitent, & q̄ corrigenda sunt, corrigant. Nō semel.

Non deber episcopus aliquid à monasterio exigere, præter conditiones quas dædicationis tempore constituerit. Eleutherius. Consueta seruitia episcopis monasteria exhibeant. Seruitium.

CAVSA XIX.

Queruntur tria.

1 An episcopus debeat permittere, ut relicta propria ecclesia, clericus monasteriū ingrediatur.

2 Si episcopus licentiam dare noluerit, an eo inuitio monasterium possit adire.

3 Si contigerit clericos regulares canonicos fuisse, vtrum concedendus esset eis monasterij ingressus.

Q[uod] 1.

Nō deber negari ingressus clericis, qui monachorum propositum appetunt. Clerici.

Q[uod] 11.

Inuitio episcopo, cuius clericum nemo suscipiat. Alienum.

Qui monachorum propositum appetit, etiā inuitio episcopo suscipiebundus est. Due sūt.

K S

Qu. III.

Regulares canonici, monachi fieri non debent. Nullus.

Parris sui concessione regulares canonici monachi fieri poslunt. Statuimus.

Quæ semel sunt dedicata, semper monasteria perseverent. Quæ.

Qui loca sacra cōmūna diuersoria fecerit, cleric⁹ deponat, laic⁹ ex cōmūnicetur. Qm.

Ante quām biēniū in cōuerione cōpleuerit alius, tōsurari nō debet. Monasteriis. Post monasterij ingressum nulli relinquitur

licentia testandi. Quia.

Post monasterij ingressum, eidē monasterio omnia sunt conferenda. Prælatum.

CAVSA XX.

Queruntur quatuor.

- 1 An in pueritiā annis traditi monasterio, cogantur religionis propositum tenere.
- 2 Si præter voluntatem parentum tonsurā, vel religionis vestē quis in pueritia accipiat, an possit sibi detrahi, an non.
- 3 Qui præter propriam voluntatem cucullā induerit, an cogatur eā retinere, an non.
- 4 An ab uno monasterio in aliud district⁹ liceat alicui transire.

Qu. I.

Virginitatis professio adulta ætate firma esse incipit. Firma autem.

Non

Non licet de monasterio egredi quem pater vel mater intra annos infatiæ fecerit ordinare. Addidistis.

Aut propria professio, aut paterna deuotio monachum facit. Monachum.

In monasterio perpetuò manecant, qui à parentibus traditi sunt. Quicunque.

Qui à progenitoribus monasterio traditus est, de eo egredi nō licet. Quæ p̄genitores.

Non licet puellis nuptias eligere, quæ spontanea voluntate virginitatis suscepunt votum. Puellæ.

Extra voluntatem propriam retrusi, in monasteriis non teneantur. Sicut.

Non nisi certis diebus velamen imponatur virginibus. Deuotis.

Ante quadragesimum ætatis suæ annum virgines non consecrentur. Iuuencula.

Ante 25. annos, virgines non consecrentur. Placuit.

Professionem viduitatis faciant, & habitū sumant religionis, quæ castitatem seruare proponunt. Vidua.

Tonsura, vel vestis religiosa, in minori ætate suscepta, à parentibus irrita fieri potest.

Si in. Visque ad annos duodecim parentæ voluntatis puella subiaceat arbitrio. Puella.

Abbat

156 IVRIS CANON.

Abbatissa præsumens velare virginē, vel vi-
duam, excommunicetur. Statuimus.
Infantes oblati à parentibus, sub plurimorū
testimonia suscipiantur. Oportet.

Qu. III.

Nō potest deferi propositum monachi, spō-
te suscepit. Propositum.

Qui religiosum habium sponte susceptum
deserere voluerit, ad ipsum redire coga-
tur. Procliuis.

Ad honores mundi non veniant clericis re-
trogradi. Eos.

Monasticis disciplinis nullus invitatus subii-
ciatur. Præfens.

Restituantur hæredibus res eorum, qui ab
episcopis, vel abbatibus decepti, comas
deposituerunt. Constituit.

Qu. IIII.

Non sunt prohibendæ virgines sacræ, quæ
causa religionis aliud monasterium adi-
re desiderant. Virgines.

Vota monachi sine consensu abbatis sui, ir-
rita sunt. Monacho.

Monachū nullus suscipiat, aut ordinet, absq[ue]
abbatis sui permisso. Monachum.

CAVSA XXXI.

Queruntur quinque.

I An clericus in duabus ecclesiis possit con-
scribi.

Si

TITVL I.

157

2 Si vnam voluerit relinquere, an liceat ei
ad aliam transire.

3 An procurationes secularium negotiorū
clericis liceat suscipere.

4 An claris & fulgidis vestibus eis ornari
expedit.

5 An ab episcopo correcti, suum officiū re-
linquere, & ad prophanum iudicem cō-
fugere valeant.

Qu. I.

In duabus ecclesiis clericus conscribi nullo
modo deber. Clericus &, Clericum.

In vna ecclesia titulatus, alteram sibi com-
mendatam poteſt habere. Qui plures.
Duobus monasteriis vnis Abbas præſeſſe
non potest. Vnum.

Vnus episcopus duobus p̄ficitur ecclesiis
iure ſpeciali Relatio.

Qu. II

Sine dimifforiis litteris in aliena ecclesia
clericus non ordinetur. Quoniam.

Ad aliam eccleſiam clericuſ transire non li-
cer, ſi propriis ministris ſua fuerit deſti-
tuta. Placuit.

Nihil cōmune habeat cum ecclesia priori, q[ui]
de vna in aliam translatus eſt. Si quis.

Vna ecclesia duobus ſacerdotibus diuidi nō
poteſt. Sicur.

Cōductiis presbyteris ecclesia nō cōmitra-
tur.

tur. Præcipimus.

Qs. III.

Qui clero annexi sunt, secularium possessio-
num procuratores non fiant. Peruenit.
& Credo.

Secularium negotiorum procurationem
clericis non sufficiant. Cyprianus.

Non licet clericis mollitiis secularibus o-
bligari. Mollitis.

Secularibus negotiis clerici non alligentur.
Hi qui.

Qu. IIII.

Corripiatur clerici, qui vnguentis & claris &
fulgidis vestibus lasciuunt. Omnis.

Clerici siue in itinere ambulantes, siue alibi
degentes, congruis sibi vestibus vrantur.
Nullus.

Non mūdanis vestibus, sed ordini suo con-
uenientibus, clerici vrantur. Episcopi.

Extra domos sine proprio ornatu sacerdo-
tes non appearant. Sine.

Qu. V.

Presbyter vel diaconus ab episcopo deposi-
tus imperatorem non adeat. Si quis.

Non defendatur ab aliquo, qui episcoporu-
m iudicio damnatur. Si cuius.

Communione priuetur, qui ecclæ fasticę di-
sciplina regulam fugientem, defendere
præsumit. Si forte.

Spe

Spe reconciliationis careat, qui ab episcopis
condemnatus, imperatore adierit. Si quis
episcopus.

Episcoporum causæ coram principibus exa-
minari non debent. Si episcoporum.

C A V S A . X X I I .

Quæruntur quinque.

- 1 An iuramentum sit præstandum, vel non.
- 2 An sit periurus, qui iurat falsum, quod
putabat verum.
- 3 An licuit archidiacono denegare episco-
po consuetam obedientiam.
- 4 Si confiterit esse illicitum quod iuravit
archidiaconus, an sit seruandum.
- 5 Si confiterit illud seruandum esse, an episco-
pus sit reus, periurij, qui contra iuramen-
tum archidiaconum suum ire compellit.

Qu. I.

Iuramentum, pro fædere pacis est agendum.
Omne.

Iuratio non est prohibenda, nec tanquam
bonum appetenda. Non est.

Peterare peccatum est, non iurare. In nouo.
In necessariis verum iurare, non est pecca-
tum. Ut noueritis.

Nec tanquam boni appetendum, nec tanquam
malum, iurandum est curandum Ita ergo.

Iurare non est peccatum. Tu malum.

Pex

Per Deum iurare permittitur, ne per idola iuretur. Et iurabunt.
 Infirmis iurare conceditur. Considera. Excommunicetur clericus per creaturas pertinaciter iurans. Clericum. Clericus deponatur, laic' anathematizet, p capillum, vel caput Dei iurans. Si quis. Non est maius per euangelium, quam per Deum iurare. Si aliqua. Non solum in altari, vel reliquiis, sed etiam cum loquela periurū careat. Habet. Non prohibet Deus iurare, sed peierare. Non est. Iuratio non est peccatum. Si peccatum. Iuramētū accipere nō prohibemur. Quis. Licet ut fide eius, qui ut eam seruet, per demonia iurat. Monete. Fidelium consortio careat, qui pœnitentia periurij agere noluerit. Prædicandum.

De mendacio.

Qu. I. I.
 Peierat, qui aliter facturus est, quam promittit. In dolo. Quos debeat habere comites iusurandum. Animaduertendum. De eo qui iurat falsum, quod putat verum. Homines. Non est mentiri dicere falsum, quod putat verum. Is. Non mentitur, qui animū fallēdi nō habet.

Bea

Bearus.

Falli in iis quæ ad fidē non pertinet, aut paruum, aut nullum est peccatum. In quibus. In iis quæ ad fidem pertinent, grauius est falli, quam alios decipere. In ipsarum. Quot sint genera mendacij. Primum. Non licet alicui causa humilitatis mentiri.

Quum humilitatis.

Non licet mentiri, vt arrogantia euiterur. Non ita.

Non omne mendacium æquè peccatum est.

Mihi autem,

Nullo modo est aliquis decipiendus. Nec artificioso.

Pro temporali vita alicuius perfectus mentiri non debet. Ne quis.

Nostro peccato alterius saluti consulere non decet. Faciat.

Non reputantur mendacia, quum ea quæ non sunt, ioco dicuntur. Quod ait.

Veterum exemplo mentiri non licet. Si quis per.

Obstetrics de pietate remunerata, de mendacio sunt punitæ. Si qualibet.

Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. Utilem.

Quomodo Abraham excuserat mendacio quod Sarum sororem suam esse dixit. Quaritur.

L

Qu. III.

Qui episcopus qui falsum iurauit, quod putabat verum, reus perjurij non esset: consueta obedientia ab archidianono sibi denegari non debuit. Quum ergo.

Qu. IV.

Quae vota seruanda sint. Melius est vota stulte promissionis non implere, quam crimen committere. Si publicis.

Aliquando non expedit promissum seruare sacramentum. Est etiam.

Pieras fuit, quod David Nabal, sicut iuraverat, non occiderit. Quod David.

Turpia vota seruanda non sunt. In malis.

Non est seruandum iuramentum, quo malum incaute promittitur. Si aliquid.

De duobus malis minus eligi oportet. Non solum.

Tolerabilius est, iuramentum non implere, quam quod turpe est facere. Vnusquisque.

Incommutabilis Deus quandoque sua mutat statuta. Incommutabilis.

Sapientis est reuocare, quod male loquitur. Magnæ.

Qua pœna feriatur, qui illicitum iuramentum facit. Qui sacramento.

Non omnia promissa soluenda sunt. Non semper.

Male iurans, pœnitentiam agat. Necesse est.

Iuram

Iuramentum quo malum incaute promittitur, non est seruandum. Si aliquid.

Temeritas emendatur, quum incauta diffinitio soluitur. Diffinitio.

Illicitum iuramentum non est seruandum.

Actione.

Non obseruentur iuramenta, quæ sunt contra diuina mandata. Si quis.

Non est appellanda fides, quæ ad peccatum faciendum admittitur. Si ad peccatum.

Si propterea fides non seruatur, ut ad bonū redeatur, non ideo violari dicitur. Mulier.

De quodam Hubaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri & fratribus. Inter cætera.

Quædam licer à Deo prohibetur, tamē iuramento firmata sunt seruanda. Innocēs.

*Habes in
hoc cap.*

Qui peierare compellit, & qui compellitur, per iuris vterque probatur. Qui compulsus.

*que fin
illicita iu
ramenta.*

Pœnitentia eius qui in manu episcopi, aut in cruce consecrata peierat. Qui peierat.

Qua pœna sit feriendus, qui necessitate coactus peierat. Si quis coactus.

Qui peierat, & alios peierare facit, qua pœna sit feriendus. Si quis.

Homicidam vincit, qui sciens ad perjurium compellit. Ille qui.

Nō peccat qui iuramentū exigit ab eo, quæ

L²

Nulli laico clericus quicquam iurare pre-sumat. Nullus.

CAUSA XXXII.

Queruntur octo.

- 1 An militare peccatum sit.
- 2 Quod bellum sit iustum, & quomodo filij Israel iusta bella gerebant.
- 3 An iniuria sociorū armis sit propulsanda.
- 4 An vindicta sit inferenda.
- 5 An sit peccatum iudici, vel ministro, reos occidere.
- 6 An mali sint cogendi ad bonum.
- 7 Aughæretici suis & ecclesie rebus sint ex-poliandi : & qui possidet ab hæreticis ablata, an dicatur possidere aliena.
- 8 An episcopis, vel quibuslibet clericis sua liceat autoritate, vel Apostolica, sine Imperatoris precepto arma mouere.

Qu. I.

Alicun videtur ab Euangelica disciplina *De bellis militare.* Quod militare. & vindicta. Bella carnalia bellorum spiritualium figura-ram gerunt. Nisi.

Precepta patientia virtute animi, non ostentatione corporis seruanda sunt. Paratus. In bellicis armis multi Deo placere possunt.

Noli.

Quae sunt in bello iure reprehēenda *Quid.*

L 3

nescit falsum iurare. Qui exigit, usque ad extremū vitę non cōmunicet, qui alios ad periuria trahit. Si quis cōuictus, Cui sit indicandum falsum, quod ab aliquo iuratur. Hoc videtur.

De eo qui calliditate verborum iurat. Quacunque.

Periurus est, qui super lapidem falsum iurat. Ecce dico.

Apud Dominum verba nostra non ex ore, sed corde procedunt. Humanæ.

Inter iuramentum & locutionem fidelium nulla debet esse differentia. Iuramenti.

Ante, quam aliquis iuraret, peierat, si contra conscientiam iurare parat. Qui peierare.

Ante rationabiles annos aliqui non cogantur iurare. Paruuli.

Ante quatuordecim annos nullus iurare cogatur. Pueri.

De eodem, & vt à ieiunis iuramenta pre-stentur. Honestum.

Quibus temporibus iurare prohibemur. Decreuit.

Quae in fidelitate sunt seruanda. De forma. & Si quis laicus.

Mentitur qui professionem suam operibus non ostendit. Cauete.

Quoties sermo malus de ore nostro procedat. Quoties.

Nulli

Militare non est peccatum. Militare.
Pacata sunt bella, quæ geruntur, ut mali coer-
ceantur, bonique subleuentur. Apud.
Summa laus est militiae, reipubl. vtilitatibus
obedientiam exhibere. Summa.

Q. II.

Quod sit iustum bellum. Iustum.
Nihil ad iustitiam interest, siue aperte, siue
ex iniustis aliquis pugnet. Dominus.
Innoxius transitus filii Israël negabatur, at-
que ideo iusta bella gerebāt. Notandum.

Q. III.

Iniuria sociorum armis propulsanda non
est. Quod vero.
Quæ sint differentiae retributionis. Sex dif-
ferentiae.

Ab Imperatore ecclesia auxilium postulare
debet. Maximianus.

Catholici aduersus haereticos à potestati-
bus ordinatis defensionem possunt po-
stulare. Nostri.

Quantum interstit inter persecutionem ca-
tholicorum & haereticorum. Pro membris.
Iustitia plenus est, qui patriam bello tuerit
à barbaris. Fortitudo.

Prodest latroni, vel piratæ, qui membra eius
debilitat. Si quis.

Qui socij non repellit iniutiam, similis est
ei qui facit. Non inferenda.

Malo

Malorum impietati fauet, qui eis ob-
uiare cessat. Qui potest.
Qui diuina mandata contemnunt, seueris
coerceantur vindictis. Iustum est.
Imperatores cū episcoporu[m] prouisiōe ecclē-
siae defensionem aduersus diuitium potē-
tiā debet suscipere. Ab Imperatoribus.
Nō sunt immunes ab scelere, qui nō liberat
eos quos possunt facto liberare. Ostedit.

Q. III.

Quomodo mali sint tolerandi, & quomodo Malo es-
ab eis recedendum sit. Tolerandi, & in se toleran-
dos. Ecce.

Quod mali sint tolerādi à bonis. Tu bonus.
Pro pace ecclēsiae mali sunt tolerandi. Quid ergo.

Pacificus est, qui corrigit quod potest, vel
excludit à se quod non potest. Quisquis.
Quid sit malis sociari. Ita planè.
Altera peccata in ecclēsia nulli præudi-
cant. Si quis.

Non te maculat malus, si ei non consentis,
sed ipsum redarguis. A malis.

Immundum tangere, est peccatis conser-
tire. Recedere.

Non maculant innocētes facta nocentium.
Quād magnum.

Mali quos ecclesia recipit, nec expellit à bo-
nis, sunt tolerandi, non iudicandi. Forte.

L 4

Pastor est diligendus, mercenarius tolerandus, latro cauendus. Tres personas.
 Spiritualis nūquām carnalem prosequitur, sed econuerso. Qui secundum.
 Boni à malis nunquam in hac vita penitus possunt separari. Quantus.
 Præsens ecclesia simul recipit bonos & malos. Hæc autem.
 In lege permittebat odisse inimicum, sed nō ira in nouo testamento. Quū in lege.
 Infidelium colloquia & coniuia non sunt euitanda. Infideles.
 Quædam mala punienda sunt, & quædam toleranda. Quidam.
 Levius occulta, seuerius autē puniēda sunt ab ecclesia delicta manifesta. Quū quiq;
 Sicut ab oratione cessandum non est, sic nec à correctione. Sicut.
 Soli prædestinati saluātur, qui tamē postulādo quasi suo labore saluātur. Obtineri.
Delibero Occulto Dei iudicio mali obdurantur flarbitrio gellis, boni emēdātur. Nabuchodonosor.
 & præde- Non semper in eos qui peccant, vindicta finatio- est exercenda. Ipsa.
 ne. Medicinali seueritate mali cogantur ad bonum. Quid faciet.
 Non semper in eos qui peccant, vindicta est exercenda. Quod.
 Proinjuria propria episcopo aliquem excōmuni

municare non licet. Inter. Valde offendit, qui dominica debita impunē dimittit. Si is qui. Injuria cui semel remittitur, iterum reuocari non debet. Si illic. Papa excommunicavit eos, qui ipsum cœperant. Guiliarius. Iudicis non est, sine accusatione damnare. Si quis. Quod à multitudine peccatur, vel ab eo qui multitudinem habet sociam, ab ecclesia non punitur, sed defletur. Non potest. De iusta & iniusta misericordia. Est iniusta. Non debemus in mala causa pauperis misereri. Ne amissio. Hominis est miserendum, peccatori irascendum. Duo. Quis dicitur gladiū accipere. Ille gladium. Potestatis officio utiliter inquieti corrigitur. Nimium. Hæretici etiam ad salutem inuiti sunt trahendi. Displacet. Hæretici utiliter patiuntur, quæ catholici utiliter inferunt. Quando vult. Ecclesia ratione etiam persequitur hæreticos. Qui peccat. A regibus terræ contra inimicos suos auxilium petat ecclesia. Non inuenitur.

170 IVRIS C A N O N .

Malos ecclesia iuste persequitur. Si ecclesia.
Exemplo Christi, mali cogendi sunt ad bo-
num. Qui nos.

Non crudelitate, sed dilectione Moyses po-
pulum flagellavit. Quid crudele.

Non imputatur fidelibus, qui ex officio aut
tormenta exercent, aut capitalem sen-
tentiam ferunt. Quæ situm.

Immunis est dictator à culpa, quū legū au-
toritas in improbos exercetur. Illud etiā.

In correctione malorum Deus omnipotens
placatur. Si quos.

Ecclesiasticae religionis inimici etiā bellis
coercendi. Sicut.

Meritò fidei, bellorum paratur victoria. Si
non.

Ad iram Deus prouocatur, quum mala pu-
niri differuntur. Si ea.

Vindicta quæ ad correctionem valet, non
est prohibenda. Ea vindicta.

Quæ veritati contraria sunt, Christiani per-
sequi debent. Quisquis.

Quomodo homo debeat diligere proximū,
ficut semetipsum. Debet.

Q. v.

Mali non sunt interficiendi, sed flagellis
emendandi. Circumcelliones.

Præter supplicium mortis, rei sunt punien-
di. Pœna.

Mali

T I T V L I .

171

Mali prohibendi sunt à malo, & cogendi
ad bonum. Vnum.

Quies ecclesiæ principum seueritate iuu-
tur. Prodest.

In præsentia nonnulli puniūtur, ne in æter-
num flagellentur. Quid ergo.

Qui rei sunt sanguinis, ab ecclesia defendi
debent. Reos.

Ex officio, non est peccatum, hominem oc-
cidere. De occidendis.

Qui Deo autore bella gesserunt, præcepta
non occidendi nequaquam transgressi
sunt. Si non.

Nemini licet sibi manus iniicere. Tu dixisti.
Nulla fiat oratio pro iis, qui seipso interfici-
unt. Placuit.

Non est reus homicidij miles, qui potestati
obediens hominem occidit. Miles.

Homicida est, qui sponte occidit quos iu-
dex iubet occidi. Quum minister.

Sicut iure laudat' obediētia, ita reprehēdi-
tur, q̄ sibi nō cōcessa usurpat. Lex æterna.

Bono animo officia vindictæ possunt im-
pleri. Officia.

Non est iniquus, sed humanus, qui crimen
persequitur, vt hominem liberet. Non est.

Quare sint instituta, regia potestas, & lega-
lia tormenta. Non frustra.

Nō nunquā potius peccat, qui causam mor-
tis

tis præbet, quā ille qui occidit. **Quū homo.**
Quod lacerdotes efficere dicendo non va-
 lent, disciplinæ terrore potestas extor-
 queat. **Principes.**

Et regia potestas, & sacerdotalis defendat
 autoritas quæ ad diuinam confessionem
 pertinent. **Res omnes.**

Sacerdotalis admonitio quos corrigere nō
 valet, mundana potestia corrigit. **Incessuosi.**
 Malos comprimere, & bonos subleuare, re-
 gum officium est. **Regum.**

Aeterna mercede fraudatur, qui fidem &
 reuerentiam potestatibus seruare con-
 temnit. **Si apud.**

Militaris disciplina regi omnia seruat. **Dicat.**
 Querimonias ecclesiarum, qui in dignitati-
 bus agunt, attentius debent audire. **Ad-**
ministratores.

Non solū homines, sed etiā contrariæ forti-
 tudines sunt vtrices iræ Dei. Nō solū.
 Qui crudeles iugulat, non est qualis patien-
 tibus videretur. **Non est.**

Minister est Dei, qui malos percutit in eo
 quod mali sunt. **Qui malos.**

Non scelus admittit iudex, qui homines
 vincit. **Iudex.**

Non sanguinem effundit, qui homicidas &
 sacrilegos punit. **Homicidas.**

Principes peccatoribus parcere non debet.

Si

Si audieris.
 Tribulationum flagellis aliquando perfi-
 dia castigatur. **Ad fidem.**

Iaiuria sacramentorum Christi à regibus
 est vindicanda. **Si propterea.**

Diligentissimi rectores sunt, qui malos vt à
 malo fugiant, persequuntur. **Si vos.**

Non amatur seruus, vel filius, quum non
 corripitur. **Non putas.**

Innocētis officium est, nulli nocere, & pec-
 cantem punire. **Non innocentia.**

Non est misericors, qui vitiis nutriendis
 parcit. **Qui vitiis.**

Enormia flagitia per mundi iudices corri-
 plantur. **Sunt quædam.**

Furta & crimina à rege sunt cohibēda. **Rex.**
 Non peccat, qui ex officio nocentem inter-
 ficit. **Si homicidium.**

Non qui ad bonaum, sed qui ad malum co-
 git, persequitur. **Non vos.**

Schismaticos & hæreticos mundi potesta-
 tes coercant. **De Liguribus.**

Ab ecclesiæ vnitate diuīsi, mundanis pot-
 estatibus coercantur. **Quali nos.**

Iniquitas prætorum quamvis bonis profit,
 tamen punienda est. **Relegentes.**

In certamine quod cōtra infideles geritur,
 quisquis moritur, ecclæste regnum mere-
 tur. **Omnium.**

Nom

HAYKOBA

174

IVRIS CANON.

Non suat homicidæ, qui aduersus excōmunicatos zelo matris ecclesiæ armantur.
Excommunicatorum.

Pax ecclesiæ mœstitudinam consolatur perditorum. Quis enim.

Aliquando puniuntur peccata per populos iussu diuino excitatos. Remittuntur.

Quo. VI.

Ecclesia malos debet cogere ad bonū, sicut Christus Paulum coegerit. Schismatici. Variis modis errantes corripiuntur à Deo. Quod.

Non est considerandum quod quisque cogitur, sed quomodo cogitur. Vides. Onere pensionis rusticus ad dominum conuerti cogatur. Iam vero.

Quo. VII.

Res terrena non nisi diuino, vel humano iure tenetur. Quicunque.

Catholici non ideo aliena possident, quia ab hæreticis ablata tenent. Si de rebus.

Res ecclesiasticae ab hæreticis iniuste possidentur. Quod autem.

Qui à corpore Christi præceditur, spiritu iustitia tenere nō potest. Quemadmodum.

Quo. VIII.

Episcopi. Clerici nec sua, nec Romani pontificis au- nec mil- toritate arma arripere valer. De episcopis, tarib, ne- Pro clero q in bello, aut rixa moritur, ora- tio vel

TITVL.

175

tio vel oblatio non offeratur. Quicunque gociis oce- Gradu amissi tradantur monasterio clericis, cupari, voluntaria arma sumentes. Clerici, &c, nec indi- cia san- Quicunque.

Pro Sarracenis Papa iubet populum cōgre- gari, & ad littus descendere. Igitur. Vltor sui gregis Papa debet esse, ac præci- puus adiutor. Scire.

Cœlestre regnum à Deo cōsequitur, qui pro Christianorū defensione moritur. Omni.

Contra Longobardos precibus Hadriani Papæ Carolus bellum suscepit. Hortatu.

Iudæos non debemus persequi, sed Sarra- cenos. Dispar.

Qui crimina quæ potest emēdere, non cor- rigit, ipse committit. Præterea.

Crimen punire pro Deo, non est crudelitas, sed pietas. Legi.

Quædam in veteri testamēto licebant, quæ in nouo perhibentur. Occidit.

Necessitate instante, in quadragesimalibus diebus bellum inire licet. Si nulla.

Petrus Avaniam & Saphiram increpando morti tradidit. Petrus.

Beatus Gregorius quosdā hortatur, ut milites congregent, & contra hostes arma viriliter parent. Ut pridem.

Episcopi non debent militaribus occupari negotiis. Reprehensibile.

In

In morte cuiuslibet hominis episcopi se miscere formident. Si in morte.
Ecclesia Imperatoribus non sunt obnoxia.
Convenior.
 De suis, externis ecclesiae soluunt tributa.
Tributum.
 De agro ecclesiastico presbyter non cogatur censum perso uere. Secundum.
 Absque autoritate Romani pontificis ad comitatum episcopi proficiisci non audeat.
Quo ausu.
 Absque metropolitani consilio, vel comprovincialium episcoporum ad Imperatorem episcopi non pergent. Si quis.
Qui ab imperatoribus religiosis vocari episcopi non fuerint, ad comitatum non proficiantur. Si vobis.
 Sacerdotes ibi consentiant fieri iudices, ubi iure iurando indulgeria promittitur. Sæpe.
 Non debent agitare iudicium sanguinis, qui sacramenta Domini tractat. Iis, à quibus.
 Membra detruncas, domos incendens, absq; judiciali autoritate excommunicet. Si quis.
 Domos incendens gratia, vel odio alicuius, excommunicetur. Pessimum.
 Homicida est, qui publica functione non habens aliquem occidit, vel debilitat. Quicunq;
 Si plures contra unum riventur, qua poena quisque eorum feriatur. Si quartuor.

Queruntur tria.

- 1 An lapsus in haeresim possit aliquos officio priuare, vel sententia notare.
- 2 An post mortem aliquis possit excommunicari.
- 3 An pro peccato alicuius tota familia sit excommunicanda.

Qs. I.

Qui in iam damnata haeresim labitur, eius damnationis se participem facit. Acatius.
 Non est retractandum, quod semel synodus statuit contra unamquamque haeresim.
Maiores.

Non ultra in eum procedere oportet, qui in haeresim damnatam recidit. Acatius.

Excommunicatus, alium excommunicare non potest. Audiuitus.

Non soluitur, vel ligatur, nisi quod autoritas beati Petri soluerit, vel ligauerit. Manet.
In Persona Petri ligandi & soluendi ecclesiæ potestatem accepit. Quocunque.

Suis meritis firmus, non nunquam turbatur alienis. Non turbatur.

Solus Petrus accepit mandatum, ut hamo pescem caperet. Est aliud.

De autoritate Ro. eccliesie.
 Nulla perturbatio à tramite Apostolicæ sedis retrahat, quæ omnes haereses semper destruxit. A recta.

Fides Romanæ ecclesiæ omnem haeresim de-

fruiri. Memor.
 Nullis hæresibus Romana succubuit eccle-
 sia. In sede.
 Ad Romanam referatur ecclesiam, quoties
 ratio fidei ventilatur. Quoties.
 Christianæ religionis zelum Romana ec-
 clesia præ ceteris habuit, Officij.
 Aliorum ora non timerit fides quam Roma-
 na commendat ecclesia. Hæc est fides.
 Aliud quæ Romana ecclesia, neq; conser-
 tire, neque velle permittitur. Rogamus.
 Alexandrinæ ecclesiæ à Romana dissen-
 tire non licet. Quum.
 Professione suæ fiduciaurem erroris Roma-
 na abscindit ecclesia. Si Petrus.
 Extra unitatem sanctæ ecclesiæ spiritus san-
 ctus non accipitur. Loquitur.
 Non habet Deum patrē, vniuersalis ecclesiæ
 relinquens unitatem. Alienus.
 Ligandi & soluendi non habet potestatem,
 qui unitatē ecclesiæ non tenet. Omnib⁹.
 Varia crimina variis sunt pœnis affici-
 da. Non affremus.
 Ex sola ecclesia sacrificium. Dominus acci-
 pit. Quia ex.
 Non exhibet fidem Christo, qui corpus eius
 discerpit. Aduocavit.
 Etiam corpore ab eo recedendum est, qui
 fidem Christi non habet. Omnis.
 Prophæ-

Prophanus est, extra ecclesiam beati Petri a-
 gnum comedere tentans. Quoniam.
 Hæreticorum cōsortia à catholicis sunt fu-
 gienda. Quo dignior.
 Nec peccatis solui, nec coeleste regnum in-
 gredi, ab unitate ecclesiæ divisi, potest.
 Quicunque.
 Non suscipiuntur illorum sacrificia, quorum
 fides reprobatur, & vita. Odi.
 Vbi charitas non est, ibi fides vel iustitia lo-
 cum non habet. Vbi sana.
 A fide recedens, spiritus perfectionem amit-
 tit. Hæretici.
 Sacrificij potestate penitus carent hæretici.
 Didicimus.
 Proprio spolientur honore, qui contra pacem
 ecclesiæ nituntur. Qui contra.
 Nec consecrat, nec consecratur, in schisma-
 te constitutus episcopus. Pudenda.
 Unitati non communicat, schismatis con-
 fentiens. Schisma.
 Ex quo episcopus fidem ecclesiæ docet, aliū
 excommunicare potest. Ait.
 Non habentur excommunicati, qui ab hæ-
 reticis excommunicantur. Aperte.
 Ad iudicandum excommunicati non reci-
 piantur. Miramur.
 Pro aliquo facinore ab hæreticis excomuni-
 cat, à Catholicis nō est recipiēd⁹. Quisq;

Quicunque propter disciplinam ab hæreti-
cis excommunicatur, non est à catholi-
cis recipiendus. Subdiaconus.

In extremis positus, etiam ab hæretico pœ-
nitentiam accipere valet. Si quem,

Pet annum pœnaireat, qui de manu hæretici
nesciens prohibitam communionem ac-
cepit. Si quis.

Potius est mortem arriperc, quam de manu
hæretici communionem accipere. Cœpit.

Q[uod]. I. I.

Non possunt ab ecclesia solui post mortem,
qui in hac vita ab ea noluerint absolvi-
De communione.

Ecclesia viuentes potest ligare, vel solviere,
non mortuos. Legatur.

Non oportet ab eorum eleemosynis post
mortem abstinere, quibus in vita com-
municare non destitimus. Sanè.

In incorrigibili sententia damnationis la-
ta relaxari non potest. Damnationis.

Hæretici etiam post mortem sunt excom-
municandi. Sanè.

Q[uod]. I. I. I.

Pro peccato alicui tota familia punit corpo-
raliter sed non spiritualiter. Quod autem.
Pro peccato patris non erit filius anathema-
tizandus. Si habes.

Illicitè si quis excommunicat, semetipsum
non

non illum condemnat. Comperimus.
Qui non corde, sed ore maledicunt, labiorū
immunditiam cōtrahunt. Qui negligūt.
Vita, non sententia quemlibet ligat, aut sol-
uit. Si quis.

Qua pœna feriatur, qui illicitè aliquem ex-
communicat. De illicita.

Vita, non sententia, ab ecclesia aliquem ei-
cit, vel ad eam reducit. Quum aliquis.

Et qui aperto sacrilegio, & qui peruersa vi-
ta fidelibus non sociantur, ad ecclesiam
non pertinent. De illis.

A Deo separamus, quos impios esse demō-
stramus. Certum.

Ab omni maledicto fideles immunes esse
oportet. Si igitur.

Quos significer illi, qui ad benedictionem,
quive ad maledictionem de filiis Israël
electi sunt. Quum ergo.

Sæcti viri non ex voto ultiōnis, sed amore iu-
stitia aliquādo maledicunt. Quū sancti.

Errantes, & in errorem mittentes, excom-
municantur. Apostolicæ.

Delinquentes, corriganter à sacerdoribus:
incorrigibiles inuenti, excommunicen-
tur. Tam sacerdotes.

Secunda vel tertia admonitione interposi-
ta, excommunicationis sententia proce-
dat. De excommunicationis.

Mali ab ecclesia sunt eliminandi. Resecadę.
Pro diuersitate culparum, subditi à præpositis corripiantur. Corripiantur.
Qui corrigi nolunt, excommunicationis ferro debent abscondi. Ecce autem.
Excommunicandus est, qui duas simul uxores habere presumit. An non.
Falsi testes & homicidæ communione priuentur. Itaque.
Excommunicetur potens, qui pauperem religiosum spoliare presumit. Si quis.
Communione priuetur, qui Romiperas, & peregrinos, vel mercatores molestare presumit. Si quis.
Excommunicetur, qui oratores ecclesiarū, vel eorū bona, vel personas ibi seruientes, infestare presumunt. Paternarum.
Qui peregrinos aut inermes pauperes deprivati fuerint, excommunicentur. Illi qui Schismatici & hæretici differre dicuntur. Inter. Vnde hæresis dicitur. Hæresis.
Qui propriè dicantur hæretici. Hæreticus. Non sunt hæretici, qui nō sua audacia, sed aliena, seducuntur in errorem. Dixit. Magistri erroris existunt, qui veritatis disciplinam contemnunt. Quid autem.
Hæretici sunt, qui quod præs sapiunt, cōtumaciter defendunt. Qui in.
Errate dāuabilior est, qui eius defendit errorē.

rem.

rem. Qui aliorum.
Qui mendacio veritatem immutat, patrum terminos transferre probatur. Trasferūt.
Abiūciantur, qui aduersariū conueniunt prauitati. Illud.
Et fidelitatis & conuinia hæreticorum clerici vitare debent. Clericus.
Canonum obseruatores cum hæreticis nullū debent inire certamen. Cum quibus.
Non cōtradicit, sed potius obedit Euāgeliō, qui malos excommunicat. Notandum.
Diuina maledictio meritum maledicti defingnat. Deus.
Quot snt sectæ hæreticorum. Quidam.
Quare diuina prouidentia multos errare permittat. Adeo.

CAVSA XXV.

Queruntur duo:

- 1 An clericī baptismalis ecclesiæ autoritate privilegijs, decimas suæ diceccis ex integro sibi valeant vendicare.
- 2 An subsequenti privilegio monachorum, derogetur antiquioribus privilegiis baptismalium ecclesiarum.

Qd. I.

Constitutionem synodi, quam vniuersalis ecclesiæ probauit consensus, Romanam sedem seruare oportet. Confidimus.

Qui negligenter pascit Dominicū gregem
sibi commendatum, conuincitur summa
non amare pastorem. Diuinis.
Non debent vlo modo variari, quæ ad per-
petuam ordinantur quietem. Quæ ad.
Nulli diuinæ constitutiones & Apostolicæ
sedis de cœta temerare licet. Nulli.
In spiritum sanctum blasphemant, qui sa-
cros canones violant. Violatores.
In quibus Romano pontifici licet nouas cō-
dere leges. Sunt.
Apostolicæ sedis authoritas contra sancto-
rū statuta aliqid cōdere nō valer. Cōtra.
Stare non valer, quod contra Euangelicam,
vel Apostolicam doctrinam seu constitu-
tionem factum fuerit. Omne quod.
A statutis patriū non deuiare, & fidei regu-
lam custodire, prima salus est. Prima.
Profitetur Pelagius Papa tomum sui dece-
soris per omnia seruare. Satagendum.
Anathema apud Deū fiat, qui censuram.
Romanorū pontificum violat. Generali.
Non licet alicui episcopo contra Romanū
pontificem aliqid agere. Omnia.
Non cōmunicet sacrī altaribus, qui nescit
sacrī obediē canonibus. Hac consona.
Obseruandæ sunt regulæ à sanctis patribus
in synodo statutæ. A sanctis.
Statuta & voluntatem suorum præcessorū
custo

custodiāt, qui suam seruari volūt. Iustitiæ.
Contra statuta sanctorum agit, qui ea non
seruat intacta. Ideo.

Qu. II.

Ecclesiarum priuilegia cunctis temporibus
intemerata seruentur. Priuilegia.
Nec nouitate mutari, nec improbitate con-
uelliecclesiarū priuilegia debēt. Priuilegia.
Priuilegio suæ dignitatis aliquis eccleiam
exere non debet. In Galliarum.

Statuta Apostolicorum præcessorum Apo-
stolicus destruere non debet. Si ea.

Metropolitanus dignitatis sibi traditæ anti-
quitus ius intemeratum obtineat. Igitur.
Priuilegia metropolitanorū inconuulsa ser-
uari oportet. Seruatis.

Institutionis Apostolicæ de cœta, nulla præ-
sumptione violentur. Institutionis.

Priuilegia ecclesiarum Apostolicus debet
seruare illæsa. De ecclesiasticis.

Quod rationabiliter diffinitum est, in nul-
lo debet violari. Quum piæ.
Sibi iniuriam facit, qui fratribus suorum iu-
ra perturbat. Quod.

Nulla præsumptione violentur, quæ ab A-
postolicis, & eorum successoribus, sunt
instituta. Amputato.

Quæ rationabiliter ordinata sunt, nulla de-
bet refragatione turbari. Ecclesiasticæ.

Quæ contra leges fiunt, pro infectis habentur. Imperiali.

Lege ibi Rescriptum meretur effectum, quod cū iuriis & legū ratione concordat. Dicenti, prius. Priuilegia ecclesiarum nulla debent improbitate conculci. Priuilegia.

Anathema sit, qui mandata vel decreta Romanorum pōtificum seruare contēplerit. Si quis.

Statuta priorum, successores seruare oportet. Præcessorum.

Non licet pontifici ab ecclesiā iure discedere, quod documentorum autoritate firmatur. Posteaquam.

Quod habet, amittat, qui, quod non accipit, usurpat. Sic decet.

Priuilegium amittit, qui sua autoritate non legitimè vtitur. Denunciamus.

Ius ordinandi amittunt, qui immeritum consecrant. Si qui.

Episcopalis dignitas ciuitati subtrahitur, quæ suos præsules interimit. Ita nos.

C A V S A X X V I .

Queruntur septem.

1 Qui sint sortilegi.

2 An sit peccatum, esse sortilegum.

3 A quibus genus diuinationis sumptus exordium.

4 Quot sint genera diuinationis.

An

5 An sortilegi vel diuini sint excommunicandi, si cessare noluerint.

6 An excommunicatus ab episcopo, possit reconciliari à presbytero, illo inconsulto.

7 An morientibus est indicenda penitentia sub quantitate temporis.

Qu. I.

Quis sint sortilegi. Sortilegi sunt.

Qu. III.

Sortes exquirere, non est peccatum. Quod De sortilegi autem. Quid sit sors. Sors.

Exemplo Iona, vel Mathiae non est sortibus diuinatio indifferenter credendum. Non statim, nibus.

Ad secularia negotia diuina oracula non sunt conuertenda. Hi qui.

Exemplo Mathiae non est indifferenter sortibus credendum. Non exemplo.

Non sunt obseruanda quæ à diuinis precipiuntur, quamvis ea contingent quæ ab eis prenunciantur. Intelligi.

Institutiones hominū, quæ sint superstitiones, vel non. Illud.

Non est vita, sed mors, inquisitio vel curatio q̄ à diuinis, vel magis experit. Qui sine Christiana & vera pietas planetarios expellit & damnat. Illos planetarios.

Cultura est idololatriæ, auguria seruare, & stellarū requirere cursus. Sed & illud.

Nō ideo reliqua sunt immunda, quia ab area vel

vel torcularia liquid ad dæmonum sacrificium tollitur. Si de area.

Immunis est ab reatu, qui emit quod nescit idolis immolatum. Licet aliquid.

Quo. III. & IV.

De multiplici genere diuinationis. Igitur genus.

Quot modis dæmones futura prænoscant. Sciendum.

Quod ex corporis motibus internas animi cogitationes diabolus deprehendat, res occultissima est. Quodam.

Quo. V.

Anathema sit, qui hariolos vel incantatores obseruat. Si quis.

Quinquennio pœnitentia, qui diuinationes experit. Qui diuinationes.

Elementa colere, lunæ aut stellarum cursus in suis operibus Christianis seruare non licet. Non licet.

Sacris officiis dediti magi, vel incantatores non fiant. Non oportet.

Honore priuetur episcopus, vel presbyter, qui magos, vel aruspices consulit. Si quis episcopus.

De iis qui auguriis & diuinationibus student. Aliquantum.

Sors nihil aliud quam diuinatio & maleficium esse decernitur. Sortes.

Inca

Incantatores, & sortilegos, velut Christi inimicos punire oportet. Peruenit.

Excommunicetur clericus, monachus, laicus, diuinationes, vel auguria, vel sortes fecutus. Si quis.

Contra sacrilegos, & idolorum cultores custodia pastoralis inuigilet. Contra.

Ab ecclesia separetur, auguriis & incantationibus deseruiens. Auguriis.

Sortilegia & magicam artem episcopi omnibus modis eliminare studeat. Episcopi.

Abiiciatur sacerdos, qui huiuscmodi maleficiis operam dedit. Quicunque.

Quæ magorum prestigiis sunt, non vera, sed phantastica esse probaverunt. Nec mirum.

Quo. VI.

Pœnitentium reconciliatio, Chrismatis, & puellarum consecratio, à presbyteris non fiat. Si iubet.

Permissione episcopi, virgines consecrare presbyter valet. Presbyter.

Nec diaconis ministrare, nec pœnitentem in ecclesia benedicere, presbyteris licet.

Ministrare.

Iussio episcopi, de occultis peccatis presbyteri pœnitentem reconcilient. Presbyteri.

Si episcop⁹ absens est, per presbyterū recōci lietur, impericulo constitutus. Aurelius.

Qui metu mortis recōciliatur, conualescens sine

Sine communione pœnitentiæ impletat tempus. Si quis,

Sine manus impositione recedentes de corpore, reconcilientur. Qui recedunt.

Aliorum testimonio moriturus fidelis, recollectetur, si obmutuit, vel in phrenesim cōuersus est. Is qui,

Cura & probatione episcopi morientes, reconcilientur. De iis verò.

Non est negāda reconciliatio iis, qui tēpore necessitatis eam implorāt. Iis qui tēpore,

Non respuatur eius oblatio, qui festinās ad pœnitentiam, sacerdotem inuenire non potuit. Si aliquis.

Reus est animarum presbyter, qui pœnitentiā morientibus abnegat. Si presbyter,

Pœnitentia morientibus non est denegāda. Agnouimus.

Inconsulto episcopo, pœnitentem presbyter reconciliare, nisi ultima necessitas cogat, non debet. Presbyter.

CAVS A VII.

In periculo constitutis, pœnitentiæ quantitas non est imponenda, sed notificanda. Ab infirmis.

Præsidentium arbitrio præfigantur tempora pœnitūnis. Tempora.

Et qualitas criminum, & contritio pœnitentiū, in satisfactione imponēda, à sacerdo-

te consideretur. De iis verò.

Episcopi arbitrio pro qualitate peccati pœnitentiæ tempora distribuantur. Pœnitentib.

Sine personarum acceptione implorati pœnitentia detur. Sacerdos.

Tempus pœnitentiæ pro qualitate peccati impendatur. Pro.

Tempus & modus pœnitenti delinquentib. præsidentium imponatur iudicio. Hoc sit.

Intimo charitatis affectu pœnitentem debemus suscipere. Pœnitentem.

Pœnitentes legem Dei diligent, iniquitatē odio habeant. Affectum.

Pœnitentes tanquam ethni ci habeantur. Erga eum.

Melius est errare in misericordia remittendi, quam in severitate vlciscendi. Alligant.

Calendarum obseruationes agere nō licet. Non licet.

Anathema sit, qui ritum paganorum & calendarum obseruat. Si quis.

Infirmatibus hominum incantationes nihil remedij præstant. Admoneant.

Dies Aegyptiaci & Ianuarij Kalendæ non sunt obseruande. Non obseruetis.

Graue peccatum est, dies obseruare, menses & annos. Quis.

Sine incantatione herbas vel petras licet habere. Demonium.

Queruntur duo.

De matri 1 An coniugium possit esse inter vouentes.
monio. 2 An licet sponsæ à sposo recedere , &
alteri nubere.

Qu. I.

Excommunicentur viduæ, quæ religioso ha-
bitu abiecto, nuptias etiam elegerint. Si
cuit bonum.

De viduis & virginibus, quæ à religionis
proposito discedunt. Viduas.

Transire nō possunt viduæ & virgines, post
religionis prepositum, ad nuptias. Neque
viduas.

Ex quolibet sensu corporis mulier corrup-
tione potest. Nec aliqua.

Clericus deponatur, laicus excommunice-
tur, qui cū sanctimonialibus mœchatus
fuerit. Si quis.

Viduæ & puellæ quæ post religionis habitu
nubunt, à communione suspendātur. De
viduis.

De iis qui votū virginitatis habentes, nu-
būt necdū sacro velamine te&c. Hę vero.
Non sunt admittendæ ad pœnitentiam vir-
gines sacræ, si publicè postea nupserint.
Quæ Christo.

Ab ecclesia eliminandæ, & ergastulis retru-
dendæ sunt monachorum, vel monacharū
impudicæ

impudicæ personæ. Impudicus.

Monachus, & virgo domino consecratæ, fi-
nupserint, excommunicentur. Virginem.
Dum viuunt, lamentis pœnitentiæ se affli-
gant, qui sanctimonialibus scienter co-
pulantur. Hi ergo.

Atacra communione priuentur, qui sacris
virginibus se sociant. Virginibus.

In monasteriū reuocetur, ac recludatur, qui
à fornicatione recedere noluit. Peruenit.
Non est viduis fas, post susceprum velamen
à sacro proposito discedere. Viduas.

Qui sacro velamine rectam in coniugium
ducit, anathema sit. Si quis.

Ad habitum redire cogatur, & recludatur
in monasterio, quæ religiosam vestem
abiecit. Si cultos.

Districtæ custodiaz tradatar, qui à religio-
nis proposito ad secularem habitum re-
dit. Si homo.

Non tribuitur licentia nubendi, qui conti-
nentiam seruare decreuerunt. Nubendi.
Peiores sunt adulteris, quæ cōtinentia pro-
positum violant. Meliore.

Monachus & virgo qui se Deo dedicant,
nuptiis iungi non possunt. Si qua.

Diaconissa, quæ post ordinationem nubit,
anathema sit. Diaconissam.

Inter digamos reputatur, qui virginitatem

N

pollicitam præuaricantur. Quotquot.
Virgibus Deo dedicatis, nec in fine dada
est conmatio, si libidini seruerut. Virgines.
Cogatur ad penitentiam filia clerici, si deuo-
ta maritum duxit. De filia episcopi.
Deuota, nisi desierit peccare, non est in ec-
clesia recipienda. Deuotam.
De monacha qua ad lapsum adulterij de-
dueitur. Si qua.
Post dignam penitentiam, communionem
recipient, qui in religiosas mulieres ex-
cedunt. Nos autem.
De legibus imperatorum hac de re. Si quis.
Mulieres castæ obseruent religionum habi-
tum, quæ religionis obtenuerunt velantur.
Mulieres.
Monachus vxorem ducens, numquam sacri
gradus mercatur consortium. Monacho.
Ante professam continentiam cubant vi-
duæ quibus volunt. Viduæ.
Non permittitur vidua post professionem cō-
tinentiae votum deserere. Vidua.
Professio viduitatis, coram episcopo facta
post habitum suscepturn nulli violare
permittitur. Viduitatis.
Modus & solennitas facienda professionis
hoc ordine seruetur. Omnes.
Filii perditionis sunt, qui violent corpora
feminarum consecratarum. Sciendum.

In

Ia monasterio recludantur monachi, vxo-
ribus sociati. Et quia.
Post professam continentiam quisquis vxo-
rem duxerit, ab ea separetur. Ut lex.
Coniugia vouentium non sunt dissoluenda.
Nuptiarum.
De viduis, quæ primam fidem irritam fece-
runt. De viduis.

Q. II.

Cōiugalis pactio, non virginitatis deflora-
tio, coiugium facit. Qum initiatur.
A prima fide despōlationis coniuges verius
appellantur. Coniuges.
Triplex bonus coniugij fuit in parentibus
Christi. Omne.
Frater sponsam fratris post eius mortem
ducere non potest. Si quis.
Vxore mortua, licet viro aliā ducere, sed nō
repudiata, vel despōnata. Additur.
Post mortem alicuius, nullus de eius cōsan-
guinitate sponsam accipiat. Si quis.
Non est inter eos matrimonium, quos non
copulat commixtio sexus. Non est. *Contra-
rium.*
Illa mulier non pertinet ad matrimonium,
cum qua non celebratur nupiale mini-
sterium. Qum societas.
Causa religionis coniugia solui non de-
bent. Sunt qui. (puta-
Ablsq; viri cōsenſu monasterio mulier de-

N?

Coniunctorum commixtio matrimonium perficit. In omni.

Matrimonium sponsali coniunctione initiatur, cōmixtione perficitur. Quapropter. Quum despōnſata fuerit tradita, & in vsum deducta, ritē coniunx appellatur. Si quis. Quare sponsa post pactum non statim trādantur. Institutum.

Confuetudine scripturæ sponsa coniuges, & sponsi virti appellantur. Genuit.

Maria coniunx dicitur moræ scripturæ, quū simpliciter sponsa eſſet. Priusquam.

Dominus non cōmendasset matrem discipulo, si eam Ioseph cognouisset. Si eōim. Maria vxor Ioseph appellatur, quia sic ab eo putabatur futura. Inuenta.

Ad nuptias Mariæ Ioseph non peruenit. Sic quippe.

Puellæ despōnſatæ prioribus reddēdæ sunt. Desponſatas.

Cōmuniōe priueſ ſpōſa, niſi raptorē deserte, & ad ſpōſum ſuū redire voluerit. Atho. Quid ſic raptus. Raptus.

Ibi raptus ad initia, vbi puella abducitur, de cui' ante nuptias nihil probatur. Lex illa. Puellam alij despōnſatam, alter accipere non valet. De coniugali.

Si quis mulieri consensus fidem fecerit, non licet illi aliam ducere. Duobus.

N ;

ta, ad eius consortium non prohibetur redire. Multorum.

Ad vxorē redire cogatur, qui ſine eius conſenſu religiōlam vēſtē ſuſcepit. Agathofa. Sine conſenſu vxoris religionis propositum vir ſumere non potest. Si quis.

Sine conſciencia epifcopi, viro & vxori cauſa religionis diuertere non licet. Si vir. Sine vxoris voluntate viro continere non licet. Situ.

Vir non eſt ſuſcipiendus in monaſteriū, niſi & vxor conuertatur. Quia Agathon.

Continentiæ vota non licet ſuſcipere, niſi eandem vitam viro eius elegerit. Script. •

Desponſata puella non prohibetur monaſterium eligere. Desponſatam.

Desponſata impunè monaſterium potest eligere. Decreta.

Si mulier probauerit, quod à viro ſuo nūquā cognita fuerit, ſeparetur. Quod autem. Sororem vxoris polluens, neutrām valet habere. Qui dormicrit.

De eo q̄ dormit cū ſpōſa fratriſ ſui. Quidā. Si quis lpoſam filij ſui opressoſerit ſimul cum ea ſine ſpe coniugij maneat. Si quis.

Si ſponsus raptam recipere noluerit, liceat illi aliam ducere. Raptor.

In despōnatione coniugium initiatur.

Quum initiatur.

Coniunct

Queruntur tria.

- 1 An coniugium sit inter infideles.
- 2 An licet alicui aliā ducere, priore viuēte.
- 3 An sit reputandus digamus, qui ante baptisma habuit vñā, & post baptismā alterā.

Qu. I.

Est cōiugij inter infideles, multis autoritatibus probatur, & negatur. Quod autem. Digam⁹ reputat, qui ante baptismā habuerit vñā, & post baptismā alterā. Nūquid. In fidelis potestate sit, post baptismā recipere, quam antē dimiserat. Si quis. Fidelis infidelem discedentem sequi non cogitur. Simili. Sine culpa relinquitur vxor, quæ cum fidei habitare noluerit. Vxor.

Licitè dimittitur vxor, quæ virum suū cogere querit ad malum. Idolatria. Quæ simulachrū facit, nec resipiscit, dimittatur à viro suo. Non solum.

Amore cuiuslibet, non est à fide recedendum. Si infidelis.

Quod etiā infideles sunt coniuges, & quod fidelis licet dimittere infidelim. Iam nūc. Ab infidelibus coniugibus licet recedere, sed non expedit. Sic enim. Nisi ad fidem Iudæus accesserit, separetur ab uxore fidelis. Iudæi.

Apar

A parentum separantur cōsortio fideles, ne in corū inuoluantur erroribus. Iudæorū. Iudæis ad fidem venientibus, cum infideli nulla sit communio. Sap. De Iudæis.

Cum Iudæis nec manducādum, nec bibendum, nec ab eis medicamentum recipientum est. Nullus.

Clerici, siue laici, vitent Iudæorum coniuia, nec ad sua consortia recipiantur. Omnes deinceps.

Fideles infidelibus non sunt coniugio copulandi. Cae.

Cum hæreticis catholici non misceat coniugia. Non oportet. Christiana cōmuniōne careat, qui Iudaicæ prauitati cōiugali se vinculo sociat. Si q.s.

Qu. II.

Non potest quis post baptismā alteram ducere, viuente ea quæ ante baptismā sibi fuerit virgo copulata. Si quis.

Licet fidelis aliam ducere uxorem, quam Christianæ fidei odio infidelis dimittit. Infidelis.

Qu. III.

Nō est digamus, q. ante baptismā habuerit vñā, & post baptismā alteram. Oportet. Nō debet fieri episcopus, qui ante baptismā habuerit vñam, & post baptismā alteram. Acutius.

N. 4

HAYKOBA

200

IURIS CANON.

CAUSA XXIX.

Queruntur duo.

- 1 An sit coniugium, si seruus pro libero se offerat, & aliquam huius ignaram vxorem ducat.
- 2 Si prius putabat hunc esse liberum, & postea deprehendit illum esse seruum, an liceat ei statim ab illo discedere.

Quæst. I.

Quinam errores excludant cōsensum matrimonij. Quod autem. § His ita.

Quæst. II.

Licet seruo matrimonia cōtrahere. Omnip. Ancillam in matrimonium suscepit, n. viro dimittere non licet. Si quis liber. Inter patronum & libertam cōstat esse matrimonium legitimum. Si quis ancillam. De eo qui ancillam duxit in vxorem, quam putat esse liberam. Si quis. Non licet mulieri dimittere, quem sciens seruum acceperit in virum. Si fœmina. Seruitur occasione dimitti non valer, quæ post controuersiam status se in libertatem assuerauerit. Cuius. Occasione conditionis dolosè mutata, vit non discedat ab ea, quam libertatis tempore acceperit. Perlatum est. Legitima seruorum coniugia, sua autoritate domini non dirimant. Dictum est.

CAUSA

TITVL. I.

201

CAUSA XXX.

Queruntur quinque.

- 1 An vxori suæ debitum reddere valeat, qui proprium filium de sacro baptisme suscepit.
- 2 An sponsalia cōtrahantur inter infantes.
- 3 An spirituales vel adoptiui filij naturalibus copulari valeant.
- 4 An vxorem compatriis vxoris suæ alicui ducere liceat.
- 5 An clandestina despensatio manifestè præjudiceret.

Quæst. I.

Separetur viri ab vxorib. qui aliquo casu natos proprios corā episcopo tenēt. Peruenit. Ab vxore separetur, qui filiastrum suum coram episcopo tenuit. Si quis. Non separetur à viro, quæ filiastrū de sacro fonte leuavit. Nosse.

Non separetur à viro, sed pœnitentiā agat, quæ filium suum coram episcopo fraudulentē tenuit. Dictum est.

Separantur, & graui pœnitentia plectantur, qui filiolā suā vel spiritualem matrem ducunt in vxorem. De eo.

Non separantur ab vxoribus, qui filiastros suos coram episcopo tenent. De iis.

Nō separetur ab vxore, q. necessitatī causa filium suum baptizavit. Ad limina.

N. S

Par pœnitentia ei indicitur, qui spiritualem filiam, & pœnitentialem suam violare monstratur. Omnes.

Qu. II.

Ante tempus consentiendi, coniugium contrahi non potest. Vbi nou est.

Qu. III.

Qui de sacro fonte suscipitur, filius est eius à quo suscipitur. Ita diligere.

Filia spiritualis carnali filio nullo modo nubere potest. Pictatum.

Filio suo, quem de sacro fonte suscepit, nullus tradere audeat. Non oportet.

Filij vel filiæ, ante vel post cōpaternatatē genitæ, legitimè cōiungi possunt. Super his.

Qui ex compatre vel commatre post suscepitos filios de fonte nati fuerint, coniugii non possunt. Post.

Non cogitur dimittere filiam suæ commatris, quam duxit in coniugium. Illud etiā.

Qu. IV.

Duas commatres alicui habere non licet. Sciscitatur.

Octo annis pœnitcat, qui duabus cōmisetur commatibus. Si pater.

Nullus duabus commatibus commisceatur. Si quis.

Vxorem cōpatris ducere potest, quum ipsa commater non fuerat. Qui spiritualem.

Vxor

Vxor simul cū viro filiū alicuius in baptis- mate non suscipiat. Quod autem.

Qu. V.

Clandestina cōiugia fieri nō debent. Aliter. Nuptias occultas celebrare nō licet. Nullus. Nuptias publicè celebrari debet. Nostrates. In contrahendo coniugio quæ sunt obser- uanda. Qualis.

Quomodo sponsus & sponsa ad benedi- ctiōnem accedant. Sponsus.

Sine publicis nuptiis nullus ducat vxorem. Nullum.

Quare fœminæ velantur, dum maritantur. Fœminæ.

Nuptiæ dicuntur ab obnubēdo, eo quod ca- put suum obnuere soleant. Nec illud.

Incerta nemo iudicare præsumat, & licet ye- ra sint, non tamen credēda, nisi quæ cer- tis indicis cōprobātur. Si quis. §. His ita. Ante iustum probationem nullus est iudi- candus, aut damnandus. Nullum.

Non sunt aliqua iudicanda prius, quæ cer- tis demonstrentur indiciis. Iudicantem.

CAVSA XXXI.

Queruntur tria.

1 An possit duci in coniugium, quæ prius est polluta per adulterium.

2 An filia sit tradenda alicui. (alij.

3 An post patris spōsionē illa possit nubere

Qu.

Qu. I.

Adulterio polluta non ducatur ab eodem
in matrimonium. Nullus.

Licet alicui ducere matrimonio, quā prius
polluit adulterio. Denique.

Nullus ducat in coniugium, quam polluit
per adulterium. Illud.

Post mortē viri non potest adultera in vxo-
rem duci. Relatum.

Post peractam pœnitentiam poterit viduam
in vxorem ducere, quam viro viuente
per adulterium polluit. Si quis.

Post pœnitentiam reconcilietur ad com-
munionem vidua, quæ machum suum
in vitum accepit. Si qua.

Fides & cōuersatio pœnitentiā breuiat eo-
rū, qui frequenter ducunt vxores. De iis.
Secundum veritatis rationem fornicari
conuincitur, qui secūdam ducit vxorem.
Hac ratione.

Vt viteretur periculum fornicationis, secun-
da matrimonia conceduntur. Quomodo.
Nec duæ, nec tres, nec deinceps nuptiæ
sunt condemnandæ. Aperiant.
Secunda coniugia, sicut & prima, licita esse
probantur. Deus.

Qu. II.

Iuramento patris non cogitur puella nubere,
cui nunquā assensum adhibuit. Si verum.

Quorum

Quorum vnum futurum est corpus, vnum
debet esse & animus, atque nulla est in-
uita copulanda alicui. De neptis.

Non licet deserere viro, quam pœmissis do-
tibus & publica attestacione duxit vxo-
rem. Lotharius.

Qu. III.

De parentibus qui fidem frangunt sponsa-
liorum. Si qui.

C A V S A X X X I I .

Quaruntur octo.

- 1 An meretrix licet ducatur in vxorem.
- 2 An ea quæ causa incontinentiæ ducitur,
sit coniux appellanda.
- 3 Cuius arbitrium aliqua sequatur, an libe-
ri aui, an originarij patris.
- 4 Si viuente vxore alicui liceat filios ex an-
cilla quærere.
- 5 An ea quæ vim patitur, pudicitiam amit-
tere comproberur.
- 6 An adulteri adulteram possit dimittere.
- 7 An viuente dimissa, aliam possit accipere.
- 8 An infidelis sub pœmissa condicione li-
ceat alicui fideliūm in coniugem ducere.

Qu. I.

Patronus turpitudinis est, qui vxorē suam
adulteram dimittere noluerit. Sicut.

Causa fornicationis vir dimittat vxorē, non
tamen

tamen adulteram ducat. Dixit.
 Sola fornicatio vxorē maculat. In cōiugio.
 Qui vxorem suam adulteram dimittere no-
 luerit, duodus annis pœnitentia, si ei debi-
 tum reddiderit. Si quis.
 Post pœnitentiam adulterij vxorem vir po-
 test accipere. De Benedicto.
Qui adulteræ debitum reddit, tribus annis
 pœnitentia. Si quis.
 Adulterio purgato per pœnitentiam, potest
 fieri reconciliatio coniugii. **Q**uod autem.
Quā fornicationis vitium excluditur, castita-
 tis virtus asciscitur. **Q**uum renunciarū.
 Non habetur fallax apud Deum, qui ad ve-
 ritatem pœnitendo reuertitur. Apul.
 De adultera non teneada, & quod uxores
 non possint maritos suos adulterij res
 facere. Ibidem. §. Crimen.
 Veritas nuptiarum non consistit in cōmix-
 tione maris & fœminæ. Non enim.
 Primæ vel secundæ nuptiæ hac autoritate
 probari videntur. Nuptiæ.
 Virginitas consilio suadetur, non ex impe-
 rio præcipitur. Integritas.
 Non est peccatum, meretricem ducere
 vxorem. Non est.
Quæ. II.
 Partus fœminarum est eis sola causa nu-
 bendi. Pudor.

Non

Non coniuges, sed adulteri vocantur, qui
 non secundum præcepta Christi coniun-
 guntur. Sicut.

Immoderatus v̄lus coniugatorum, non est
 nuptiarum malum, sed est veniale pro-
 pter nuptiarum bonum. Quicquid.

Nō datur præsentia sancti spiritus, tēpore,
 quo cōiugales actus geruntur. Cōnubia.
 Coniuges sunt, qui causa solius incontinen-
 tiae sibi met inuicem copulantur. Solet.
 Fornicarij sunt, non coniuges, qui sterilita-
 tis venena procurant. Aliquando.

Nō est homicida, q̄ aborsum procurat antē,
 quam anima corpori sit infusa. **Q**uod verò.
 Prof. &c est honestatis, fornicariæ abiicere,

& vxorem legitimā accipere. Ancillam.
 Legitimo matrimoniō copulatur, quæ co-
 cubinam habenti traditur. Non omnis.
 Viduæ & virgines propriæ voluntate sibi
 maritos eligant. Hoc sanctum.

Quæ. III.

Arbitrio liberi aut, non originarij patris,
 puellā nuptias sequi oportet. Patrem.

Quæ. IIII.

Quomodo Abraham crucetur à crimine
 fornicationis. Iste.

Sicut bonorum ministerio boni & mali, ita
 ministerio malorum boni & mali in fide
 generantur. Recurrat.

Abraham

Abrahā nō est reus adulterij, qui vxore vi-
uente filios ex ancilla suscepit. Dixit.
Quod præter legitimā vxorem cōmittitur,
adulterij crimine damnatur. Nemo sibi.
Nihil est fœdus, quām vxorē amare qua-
si adulteram. Origo.
Virginalis castitas non præfertur coniugio
Abrahæ. **Quis.**

Patriarchæ non concupiscentia explēdæ li-
bidinis, sed causa numeroſe proliſ plures
habebant vxores. Obiiciuntur.
Sanctius est, absq; liberis defungi, quām ex
illicito cōcubitu stirpem querere. Sicut.
Ex ancilla filij non sunt querendi. Dicat.
Adulteria non sunt admittenda etiā volun-
tate generandi filios. Sic non sunt.
Illicitus concubitus, & omnis non legiti-
mus vſus illorum membrorum, & nomi-
ne mœchiæ intelligitur. Meretrices.
Extraordinaria voluptas & inuercunda
opera nuptiarum, luxuria & immundicia
appellantur. In eo.

Immoderatus vſus mulierum, Salomonem
ad idolatriam traxit. Salomon.
Liberorum procreatio in matrimonio lau-
datur: meritrix voluptas etiam in vxo-
re damnatur. Liberorum.
Qui sint liberi, & quam conditionem se-
quantur parentum. Liberi.

Q.

Q. v.

Pudicitia violenter eripi non potest. **Quod**
autem.

Melior est virginitas mentis, quām carnis.
Tolerabilius.

Mente incorrupta, caro non corrumpitur.
Reuera.

Aliena libido neminem polluit. Itane.

In corpore pudicitia violari non potest, si
mens inuiolata seruatur. Ad Deum.

Caro non peccat, si à contagione fuerit a-
nima munda. Non potest.

Non corrumpitur pudicitia carnis, si mente
seruatur. Magis.

Nec peccatum, nec iustitia, ex opere sine vo-
luntate perficitur. Sicut.

Virginitas carnis non seruatur, mente cor-
rupta. Si Paulus.

Corpore intacto castitas non pūquam amit-
tur. Nec solo.

Adulterium perpetratur, quum innupta tur-
piter concupiscitur. Qui.

Que opprimuntur, incontaminatis virginini-
bus se comparare non audeant. Illæ.

Mœchatur, qui alii præter matrimonij fœ-
dus miscetur. Non mœchaberis.

Qui viuente vxore sua, alteram cognoscit,
adulterium committit. Puto.

Qualiscunq; sit vir, ex quo semel placuit, nō

O

est dimittendus. Horrendus.

Similiter de vxore intelligatur. Si vxorem.
Non licet viro vxorem dimittere, nisi causa
fornicationis. Præcepit.

Cōmūnione priuetur, qui extra causā for-
nicationis vxorē suā dimittit. Præceptū.
In vtroque sexū adulteriū pari ratione pu-
nitur. Christiana.

Qua. VI.

Qui fornicatur, fornicationis causa vxorē
tuam dimittere non potest. Nihil.

Qualem quisque vult inuenire vxorē, talē
se seruer. Si ducunti.

Iudicium de alio expetere non debet, qui
de se iudicari non vult. Iniquum.

Virī grauius sunt puniendi de adulterio,
quam mulieres. Indignantur.

Sicut vir caput est mulieris, sic adulterando
grauius delinquit quam mulier. Non
mœchaberis.

Qua. VII.

Vinculum coniugij fornicatione non po-
test dissolui. Interueniente.

Nulla ratione dissoluitur coniugium, quod
semel initum probatur. Licitē.

Sive vir ab vxore sive vxor à viro causa for-
nicationis discesserit, alterā habere pro-
hibetur. Apostolus.

Ab vxore dimisi, vel dimissa à viro, ad pe-
nitentia.

nitētiā redigātur, nisi aut cōtinenter viue-
re, aut se recōciliare voluerint. Placuit.

Mœchatur, qui à viro dimissā ducere præ-
sumit. Dominus.

Adultera probatur, quæ viuente viro alteri
nubit. Omnes.

Mulieri fideli, quæ vitum adulterum di-
mittit, alij nubere non licet. Fidelis.

Ad pœnitentiam est cogendus, qui multis
nuptiis copulatur. Si quis.

Qui ob fornicationē vxorē dimittit, & aliā
ducit, mœchari probatur. Quēadmodum.

Minus est, secundū naturā coire, quam cō-
tra naturam delinquere. Offerebat.

Graviora sunt flagitia quæ contra naturā
probat, qualibet incesta macula. Flagitia.

Turpior & flagitiōsor est vs⁹ cōtra naturā.
quam fornicationis & adulterij. Vsus.

Oīs immunda pollutio, fornicatio est, licet
varia sint peccata fornicationis. Nō solū.

Adulterium secundum in pœnis obtinet lo-
cum. Quid in.

Licit ducere allā viro, cui sua ob iſfirmitatē
corporis debitu reddere nō valer. Quod.

Licitum coniugiu nō negetur illi, cui⁹ vxor
cum suo fratre dormierit. Quædam.

Disungatur, & nunquam cōiugio copule-
tur, qui quamlibet propinquorum ince-
stant. Si quis.

O. 2

HAYKOBA

212

IVRIS CANON.

Sororem vxoris polluens , neutram habere
valet. Qui.

Causa adulterij vxorem relinquens , conti-
nentiam seruet. Si vero.

Neutram habeat , qui sorore vxoris polluit,
Concubulti.

Cum nouerca , vel filiastra , vel sorore suæ v-
xoris dormiens , ad coniugium peruenire
non poterit. Si quis.

Ob infirmitatem vel damna corporis con-
iugio solui non licet. Si quis.

Furiosus & furiosa , matrimonia contrahere
non possunt. Neque furiosus.

Sterilem vxore dimittere , & causa fœcūdi-
tatis , aliā ducere , alicui nō licet. Tantū.

CAVSA VIII.

Non debet aliquis à continentiae voto re-
cedere , etiam si infidelis Christianam se
pollicetur fieri. Non solum.

CAVSA XXXIII.

Queruntur quinque.

- 1 An propter impossibilitatem coeundi , à
viro suo aliqua sit separanda.
- 2 An post separationem , ei nubere valeat ,
cum quo prius fornicata est.
- 3 An sola confessione cordis crimen possit
deleri.
- 4 An tēpore orationis quis valeat coniugi
reddere

TIT VLI.

213

reddere debitum.

5 An vir sine consensu vxoris , continētiā
youere possit , vel si minis , vel terroribus
licentiā youēdi ab ea extorquere valeat.

Q^uo. I.

Licet mulieri alteri nubere , quam ob frigi-
ditatē vir cognoscere non p̄terit. Quod
autem interrogasti.

In veritate viri consistat , si mulier negat se
cognitam ab eo. Si quis.

De iis qui maleficiis impediti , coire non
possunt. Siper.

Q^uo. II.

Non licet alicui vxorem dimittere , nisi cau-
sa dissidij primum ecclesiæ probetur. Se-
culares.

Lex diuina prohibet virū vxore dimittere ,
nisi certa causa fornicationis. An quod.
Absque causæ cognitione à viro suo dimis-
sa , ad omnia restituatur. Historia.

Nisi post restitutionē , neq; de cōiugij fœde-
re , neq; de adulterij crimine inter virū &
vxorem iudicium est agitandum. Siue de.
Coniugia penitus interdicantur iis , qui suas
coniuges occidunt. Interfectores.

Non licet alicui vxorem suam adulterari
occidere. Inter.

Penitentia eius qui propriam absque causa
peremit vxorem. Quicunque.

O 3

HAYKOBA

Penitentia Astulphi, qui vxorem suam interfecit. Admonere.

Potius uxore viuente aliā ducat quis, quam
humanū sanguinem fundat. Si quod,
Clerici, si uxores eorum peccauerint, prae-
ter necem eas domi custodian, & ad sa-
lutaria cogant ieiunia. Placuit.

Quare si constitutum, post septē annos in
pristinū statū penitentes redire. Hoc ipsū.
Penitentes matrimonia contrahere pro-
hibentur. De iis.

Ex indulgentia, cōiugia post pœnitentiā le-
gitimā non negentur. Audiuius.

Propter lapsum iuuenilis incontinentię, nō
negentur pœnitentibus licita coniugia.
In adolescentia.

Qua pœnitentia sit imponenda ei, qui ma-
trem occidit. Latronem.

Post dignā pœnitentiā adolescentibus per-
mittantur licita coniugia. Si quis.

Anathemati subiaceat, qui cū matre spiri-
tuuali, vel cū ea quā de sacro fonte suscep-
pit, fornicatus fuerit, & tamē legitimā
vxorem non dimittat. Si quis cum.

Homo non separat, quos pena condem-
nat. Quos Deus.

Qs. III. Inseruntur h̄c Dist.
de Pœnitentia.

Dist. I.

Sola

Sola cordis cōtritioē Deo satisfacit pecca-
tor, q̄pia mētis affectus pro opere reputa-
tur, nou solam corā Deo, sed legib⁹ etiā
Imperatoriis. Petrus, & deinceps.

Non solum qui manibus occidunt, sed etiā
quorum consilio & fraude alij occidun-
tur, homicidæ probantur. Periculose.

Interfectores fratrum, detractores eorum,
eosque audientes, homicidæ habentur.
Homicidiorum.

In maleficiis voluntas pro opere reputatur.
Omnis.

Homicida est, qui fratri suo mala perfa-
det. Noli.

Occidit, qui ad nocendum mouetur. Ho-
micidium.

Furii tenentur, qui solo timore non furan-
tur. Si propterea.

Nō ideo mihi delinquit, cui sola deest fa-
cultas. Sicut.

Sunt alij, qui contrā sentiunt, dicentes, sine
confessione oris, & satisfactione operis,
neminem à peccato posse mundari, si tē-
pus satisfaciendi habuerit. Non potest,
& deinceps multis capitulis.

Operibus misericordiæ emimus non Deū,
sed nosmetipſos redimimus. Medicina.
Doloris mēsura potius quā rēporis, i actione
ne pœnitērię considerāda est. In actione.

O 4

Mortificatio vitiorum magis, quam abstinentia ciborum, pœnitenti necessaria est. Mensuram.

Sequuntur solutiones contrariorum. §. His autoritatibus.

Sufficit illa confessio, quæ primum Dec, deinde sacerdoti offertur. Quamuis.

Dif. II.

Primam vitij causam nō penitus extinguit, qui illam postea recidit. Si quis semel Consequenter tractat autor, an charitas, vel spiritus sanctus semel acceptus, possit amitti.

Dif. III.

In hac distinctione probat Gratianus, pœnitentiam posse iterari (vt ita dicam) sed non solennem. Nempe toties nobis agendum esse pœnitentiā, quoties peccamus.

Dif. IV.

In hac distinctione tractat autor, an peccata remissa redeant, & contrarias ad hanc questionem affert sententias.

Dif. V.

Quæ peccator in pœnitentia considerare debet. Consideret.

Pœnitentes negociationis lucra abiiciant. Qualitas.

Post pœnitentiam, ad militiam secularē redire non licet. Contrarium.

Decenniœ pœnitentia, qui post pœnitentiā ad secu-

secularem militiam redeunt. Si qui. A cōmunione suspendantur, qui post pœnitentiam ad secularia redeunt. De iis.

Quæ sit falsa pœnitentia. Falsas.

Potius cōuercionem ad negotium redire non licet, quod sine peccato agi non potest. Negotium.

Dif. VI.

Deponatur sacerdos, qui peccata pœnitentis publicare præsumit. Sacerdos.

Proprius sacerdos ignarus vel imperitus visitari potest. Placuit.

Dif. VII.

In hac distinctione queritur, an utilis sit pœnitentia, quæ iniungitur in mortis articulo.

Qu. VIII.

Tempore quo vxori debitū redditur, à carnis agni abstinere oportet. Sciatis. A coniugali concubitu sanctorū solennitibus est abstinendum. Quotiescumque. Diebus ieiuniorum à propriis vxoribus abstinere oportet. Fratres.

Vxoris usus certis diebus cessare iubetur. Christiano.

Non verè pœnitentiam agit, qui continentiam non seruat. Qui.

Ab ingressu ecclesie tēperare se debet vir, cum propria uxore dormiens. Vir cum.

In dieb. quadragesimæ nuptias celebrare nō

O S

licet. Non oportet.
Nisi ex consensu communi orationi coniuges vacare non possunt. Apostolus.
Nisi ex consensu communi coniugatis p̄nitentia non detur. P̄nitentiam.

Q^ua. v.

Non potest vir continentia seruare, nisi vxoris habeat consensum. Si dicat.
Nō debet extorqueri mulieris cōsensus ad cōtinētiā Deo vixendā. Notificasti.
Vir potest abnuere vota continentiae, q̄ sine eius cōsensu Deo vxori obculerit. Mulier.
Non potest vir continentiae vota rescindere, quæ cū eius assensu mulier Deo promiserit. *Quod* Deo.

Cōtinētiā meritū habet, qui incontinentia vxoris debitū reddere cogitur. Secundū.
Vota continentiae sine vxoris cōsensu reddi non possunt. Vna.
Absque ceteris operibus nec sola virginitas saluat, nec cetera absque virginitate proficiunt. Tunc.

Non licet illi ducere vxorem, qui suam velare permiserit. *Qui* vxorem.

Vota abstinentiæ, quæ mulier permittente viro promiserit, illo prohibente seruare non cogitur. Manifestum.

Mulieres suis viris debent subesse. Est ordo.
Vir est caput mulieris. Hæc imago.

Arbi

Arbitrium viri mulierem sequi oportet in omnibus. Noluit.

Nulla est mulieris potestas, sed in omnib^o viri dominio subiecta est. Mulierum.

C A V S A X X X I I I .

Quæ runtur duo.

- 1 An sit rea adulterij, quæ viuente viro suo alteri nupserit.
- 2 An redcente primo, si cogenda recedere à secundo, & redire ad primum.

Quæ i. & ii.

Quæ alij nuplerit, putans virum suū mortuum esse, illo redintegratur cōiugia. *Quā* i.

Quæ primio viro relicta, secundo adhæcerit, nisi secundum relinquens, primo reconciliari non potest. Non satis.

Quæ virum in captiuitate ductum sequi noluerit, maneat inupta, quamdiu vir eius vixerit. Si quis.

Non est adultera virgo, quæ nesciens viro nupserit alio. Si virgo.

Ne cogatur legitimā dimittere vxore, qui nesciēs dormiuit cū eius sorore. In lectū. Matrimonia nō prohibetur cōtrahere, quo rum incestū ignorante excusat. Si quis.

C A V S A

Queruntur decem.

- 1 An liceat aliquam ex propria cognatione duci in vxorem.
- 2 An ex consanguinitate vxoris aliqua possit in coniugem duci.
- 3 Usque ad quem gradum quisque debeat abstinere sive à propriis, sive ab vxoris suæ consanguineis.
- 4 Quare usque ad sextum gradum consanguinitas computatur, ita quod nec ultra progrereditur, nec infra subsistit.
- 5 Quomodo gradus consanguinitatis computandi sunt.
- 6 Qui iure iurando propinquitatem firmare debeant.
- 7 An illi qui de incestuosis nati sunt, filii reputentur.
- 8 Si ignoranter de consanguinitate vel affinitate aliqua in vxorem ducta est, an ex dispensatione possit viro suo adhaerere.
- 9 Si contigerit ecclesiā decipi, & causa consanguinitatis aliquā à viro suo separari, quæ post quadrienniū nuptiis hinc inde celebratis deprehēditur, nō fuisse consanguinea prioris, an secunda coniugia sint rescindēda, & priora sint redintegrāda.
- 10 Si relictā, alicui⁹ de propria cognatiōe ad secundas nuptias transierit, an proles eius

eis suscepta possit pertingere ad consor-
tiū alicuius de cognatione prioris viri.

Qu. I.

Quare constitutum sit, ne consanguineas
ducamus vxores. Quum igitur.

Qu. II. & III.

Vsq; ad septimā generationē nullus de sua
cognatione ducat vxorē. De affinitate.
Infamia notantur, qui consanguineas du-
cunt vxores. Coniunctiones.

Affines in quinta generatiōe copulari pos-
sunt, in quaṛa si fuerint inuenti, non sc-
parentur. De propinquis.

Non prohibentur ducere vxorē, qui ignorā-
ter incestum committunt. Si quis.

Ex propinquitate sui sanguinis vel vxoris,
usque in septimum gradum nullus ducat
vxorem. Nullum.

Incestuosi nullo sunt digni nomine coniu-
gij. De incestis.

Incestuosi usque ad satisfactionem excom-
municentur. De iis.

Nullus ducat vxorē à consanguineo cogni-
tā, vel aliqua pollutiōe maculatā. Nec eā.

Extraordinariae pollutio in naturalib⁹ nō im-
pedit matrimonium. Extraordinariae.

Nullus ducat in coniugem relēctā consanguini-
neorum suorum usque in tertiam gene-
rationem. Et hoc.

A con-

Ac consanguineis propriis, vel vxoris, pariter
cuique est abilinendum. Qualiter.
In parentela propria, & coiugis, eadem co-
sanguinitas est obseruanda. Sanè.
Nurus non est aliter reputanda, quam filia.
Si vir.

Vsq; ad septima generationē progeniē suā
vnū quenque feruare oportet. Progeniē.
Quousque inter aliquos generatio in me-
moria retinetur, sibi inuicem non copu-
lentur. In copulatione.
Ex propinquitate sui sanguinis vsq; ad septi-
mū gradu, nullus ducat vxorem. Nulli.
Anglicis permittitur, vt in quarta vel quin-
ta generatione copulentur. Quodā lex.
In quinta vel sexta generatiōe, nullus am-
plius copuletur coiugio. Cōtradicimus.
Duorum consobrinorum coniuges vni ei-
demq; nubere non possunt. Porro.

Quo. I I I I.

Propter sex mūdi aetates, vsq; ad se xru generatiōis gradum propinquitas statuta
est. Consanguinitas.

Quo. V.

Quomodo dirimuntur gradus consanguini-
tatis. Series.

Quomodo sunt computandi gradus affini-
tatis. Ad sedem.

Quare consanguinitas vxoris ad virū perti-
nere

nere dicitur, & quomodo affinitas sit
computanda. Porro.

Qualiter parentelæ gradus computantur,
Parentelæ.

Aequiuocatio est, quin soror vxoris co-
gnata vocatur. Quod autem.
Nomina graduū superiorū siue inferiorū,
siue ex latere venientiū. Primo gradu.

Quo. VI.

Consanguinei tantum, vel si progenies de-
fecerit antiqui & veraces, propinquitatē
in synodo computent. Consanguineos.
Qui iure iurando propinquitatē firmare de-
beant. Notificamus.

Suæ confessioni relinquuntur, quorū incestū
nullus iure iurando affirmat. Si duo.

Iuramentum accusatoris. De parentela.
Iuramentum testium. Illud.

Synodale iuramentum. Episcopus.

Iuramentum illorum qui consanguinitatē
probant. De parentela.

Iuramentum iurationis. Ab isto.

Nisi corā ecclēsia cōsanguinitate probata,
vxore dimittere non licet. Multorum.
Reconciliationis iuramentum. Ab isto.

Quo. VI I.

Nō appellantur filij, qui de incestuosis na-
scuntur. Quid est.

Quo.

Q u . V I I I .

Nō separantur, qui infra septimā generatio-
ne ignoranter copulantur. De gradibus.
In quarto gradu qui coniuncti inuenti fue-
rint separantur. Hęc salubriter.

Non ducant vxorem, qui vsq; ad mortē al-
teri⁹ in incestu plementerint. Incestuosi.

Q u . I X .

Quę rationabiliter decisa sunt, mutari non
expedit. Omnibus.

Quę utiliter decisa sunt, a successoribus ro-
borentur. Loci.

Corrigendum est, quod illicite admittitur,
aut à predecessoribus admissum inueni-
tur. Quod quis.

Secundum suę consuetudinis tenorę, apo-
stolica valet mutari sententia. Apostolicę.

A predecessoribus damnatos, aliorū supplica-
tionibus in pristinum statum Apostolica
reformat ecclesia. Veniam.

Sententiam Romanę sedis in melius com-
mutare licet. Sententiam.

Cuiusque iudicium Apostolicę sedis autori-
tas retractare valet. Graue.

A predecessoribus depositi, à successoribus re-
stituantur. Gregorius.

Q u . X .

Affinitas in superstite non deletur. Frater-
nitatis.

Sobole

Soboles ex secundis nuptiis genita, consan-
guineis prioris viri copulari non debet.
Si cuius.

C A V S A XXXVI .

Quaruntur duo.

- 1 An raptum commiserit, qui virginem vo-
catam ad coniuicium opprescit.
- 2 An raptā raptorī nubere possit, patre af-
fensum præstante.

Q u . I .

Quid sit raptus. Raptus.

Vbi raptus admittitur. Lex illa.

Siraptor cum rapta ad ecclesiam confuge-
rit, quid fieri debeat. De raptoribus.

Q u . I I .

Raptore puellarū & consentientes excom-
municentur. Eos qui.

Ob immanitatę sceleris abiiciatur raptore
viduarum virginum. Raptore.

Excommunicentur raptore viduae vel vir-
ginis, eum illis fauentibus. Si quis.

Excommunicentur, qui viduam, vel filiā al-
terius extra voluntatem parentū rapuit,
aut regis beneficio postulat. Nullus.

Quot sunt legitima coiugia, & quod volū-
tate patris raptā raptorī nubere potest. Vide de

Cum volumtate parentum raptas in coniu-
gium habere permititur. Denique. C. Lib. 5.
Post pœnitentiā raptorī vel raptā illicita cō-
tit. de nu-

P

iugia concedantur. Si autem.
Nec etiā cum volūtate parētis raptoreſ rā-
ptas poſſunt habere cōiuges. Placuit. Vide
§. Hæc autoritas. Ibi, Vnius assertio ſacrā
ſcriptura testimonio nixa, antefertur
concilio.

S E Q U I T U R D E C O N-
ſecratione, Diſtincione
prima.

Eccleſiarum conſecratio abſque miſſa fieri
non debet. Omnes.
Abſque p̄cepto ſediſ Apoſtolice noua
non dediſetur ecclēſia. De.
Sine auſtoritate ſummi pontificis, noua non
dediſetur ecclēſia. P̄cepta.
Non dediſentur baſilicæ, quæ p̄ter auſtori-
tatem ſediſ Apoſtolice fuerint aedifica-
tæ. Baſilicas.
Publicæ proceſſiones non ſiāt in oratoriis,
quæ p̄ter auſtoritatem ſediſ Apoſtolice
conſecrantur. Certum eſt.
Sine nru ſediſ Apoſtolice ecclēſia non de-
bet iuſtitui. Ecclēſia.
Sine deſignatione epifcopi, noua non dedi-
cetur ecclēſia. Neimo.
Non conſecretur ecclēſia, quæ pro quaſtu
cupiditatis aedificatur. Si quis.
Sacriſcia non niſi ſuper altare, & locis Deo conſec-

conſecratis offerantur. Sicut.
Non niſi in locis ſacris miſſarum celebren-
tur ſolennia. Miſſarum.

Precib. diuinis cōſecrent ecclēſia. Eccleſias.
Sacriſicare & miſſas celebrare, non licet, ni-
ſi in locis Deo ſacratis. Hic ergo.

Abiūciātur ſacerdotes, qui in locis nō ſacra-
tis miſſas celebrare p̄aſumunt. Nullus.
Singulis annis dedicationū ſolennitates ce-
lebrentur, & conſecretur etiā ecclēſia, de
cui⁹ cōſecratione dubitatur. Solēnitates.
Octo diebus dedicationum ſolennitas eſt
celebranda. Solēnitates.

Conſecrentur ecclēſia, de quarum cōſecra-
tione dubitatur. Ecclēſia

Quando ecclēſia eſt iterum conſecrandā, &
ſalibus tantū exorcizanda. Si inotum.
Ecclēſia ſemel Deo conſecrata, quando eſt
iterum cōſecrandā. Eccleſias, & deinceps.
Abſque epifcopi permisu in ecclēſia conſec-
rata non erigatur altare. Nullus.

Euertentur altaria, que ſiue ſanctorum re-
liquis eriguntur. Placuit.

Non eſt conſecrandā ecclēſia, in qua pag-
nus ſepultus inuenitur. Eccleſiam.

De ecclēſia in qua cadauera fidelium, vel
infidelium ſepulchritur. Eccleſiam.

Super monumentis in campo non diſtri-
buantur ſacra myſteria. Non oportet.

Quomodo in ecclesia combusta, Missa pos-
sit celebrari. Concedimus.
Chrismate non vngantur altaria, nisi fue-
rint lapidea. Altaria.
Chrismatis unctione & sacerdotali benedi-
ctione sacrantur altaria. Altaria.
In priuatis oratoris licet orare, sed nō Mis-
sam celebrare. Vnicuique.
In priuatis oratoris absq[ue] consensu episcopi
nullus ministrare præsumat. Clericos.
Qui extra parochiā habet oratoria, his die-
bus ad patrochiā redire cogantur. Si quis.
Quibus ex causis loca sanctorum mutanda
iunt. Tribus.
Quando alicui corpora sanctorum de loco
ad locum transferre non licet. Corpora.
In usum laicorum non licet conuerti ligna
ecclesiæ dedicata. Ligna.
Vestimenta sacra & vasa p[re]e veruitate co-
sumpta incendantur, & cineres in loca oc-
culto proiiciantur. Altaris.
Mortui non obuoluantur vestimentis alta-
ris. Nemo.
Sacra vasa non nisi à sacratis tractentur
hominibus. In sancta.
Non nisi à sacratis hominibus vestimenta
sacrata seruentur. Vestimenta.
Divina ministeria nuppiarum non præsten-
tur ornatibus. Ad,

In lig

In ligneis vasculis Dominici corporis & san-
guinis sacramēta nō sunt celebrāda. Vasa.
Ex qua materia calix cum patina fieri de-
beat. Et calix.
Non in serico panno, sed lineo, sacrificium
consecratur altaris. Consulto.
A quibus fuerit tradita Missarum celebra-
tio. Iacobus.
Qua hora Missarum solemnia celebranda.
Nocte.
Non nisi à ieiunis hominibus sacramenta
celebrentur altaris. Sacramenta.
Ante missarum solemnia circa horam no-
nam decantata in quadragesima nulli
comedere licet. Solent.
Etiam prima parte diei missas celebrare li-
cet. Necesse.
Missæ peculiares non sunt in publico can-
tandæ. Et hoc.
Quot missas in die sacerdoti celebrare li-
cet. Sufficit.
Ex salvatoris & Apostolorū docemur exé-
plo, hymnos cantare. De hymnis.
In nouo testamento hymni ab angelis de-
cantati inueniuntur. Hi duo.
In eccl[esi]a Domini, Gloria decantatur. Porro.
Cum baculo, aut capite velato, ad celebrā-
dum missarum solenia clericus non in-
grediatur. Nullus.

P ;

Quot testes episcopus sacrificans secum habere debeat. Episcopus.
 Episcopi sine religiosis testibus Domini sacramenta non confiant. Iubemus.
 Nisi duobus praesentibus presbyter missam celebrare non presumat. Hoc quoque. Communione ptinentur, qui usque ad finem Missarum solennia non audierint. Omnes. Die Dominico Missas ex integro laici audire debent. Missas.
 Populus non ante discedat, quam Missae ex integro celebretur. Quum ad. Excommunicetur, qui praeter nullo ecclesi conuentu ad spectacula vadit. Quidie. Usque ad Missam cathecumemorum nullus ecclesi ingredi prohibetur. Episcopus. Euangelia non sedendo, sed stando audire debemus. Apostolica.
 Ad Missarum solennia semper aliquid est offerendum. Omnis.
 Quare, Sursum corda, in prefatione dicatur. Quando.
 Quae prefationes in Missis sint cantandæ. Inuenimus.
 In omnibus Missarum solennibus profunctis est orandum. Vizum.
 Ante preces non sunt à sacerdote nomina recitanda. De nominibus.

231

Dist. II.

Panis & vinum & aqua in sacramentis sunt *De Eu-*
offerenda. In sacramentorum charistia.

Vinum sine aqua, vel e contrario, in sacramen-
 tis offerre non licet. Sicut.

Præter vinum & aquam & panem in sacra-
 mento nihil debet offerri. Non debet.
 Oblationis sacrificio vaas nemo coniu-
 gat. Didicimus.

De iis qui sacrificando varie errabant.
 Quum omne.

Nulla oblatio corpori & sanguini Christi
 comparari valet. Nihil.

Ante confecta mysteria pacem non debe-
 mus offerre. Pacem.

Ecclesiasticis liminibus careat minister, qui
 post consecrationem communicare con-
 temnit. Peracta.

Quisq; sacerdos quoties Missā celebrat, to-
 ties sacrā cōmunionem percipiat. Relatū.
 Corpus Christi, sine eius sanguine, sacerdos
 non debet accipere. Comperimus.

Eucharistie cōmunionē q; quotidie accipit,
 nec reprehēditur, nec laudatur. Quodidie.

Qui semper peccat, ecclētis sacramētis me-
 dicinā semper accipiat. Si quotiescūque.

Non abstineat à corpore Domini, qui exco-
 municari non meretur. Si non sunt. (non)
 Ter in anno quisq; indecū cōmunicet. Et si

Etiam in cœna Domisi sacram cōmunionem debemus accipere. A quibusdam. Projiciatur ab ecclesia, qui à communione sacramēti se p luxuria sua auertit. Si qs. Non habeantur catholici, qui his trib'ētōribus communicare contemnūt. Hi qui. Ante sanctam communionē, à propria vxo re quisque continet. Omnis. Quare tres partes fiant ex corpore Christi. Triforme. A quibus sunt contrectanda sacramenta Dominica. Tribus. Inserviuntur, non mundantur scelerosi, qui cōmunicare non desinūt. Qui scelerat. Damnationē, non salutem acquirūt, qui indignē sacramētis communicat. Timorē. Non à quo, sed ante quem offeratur, considerandum est. Et dixit. Pœnitentia eius, cuius negligentia de Christi sanguine aliquid stillat. Si per. Quæ pœnitentia sit imponēda ei, qui sacramentum euomit. Si quis per. Sacerdotes non nisi per se diuina sacramenta ministrent. Peruenit. Quando celebratur Milla, presbyteriū laicus ingredi non p̄sumat. Sacerdotum. Sicut in metropolitana ecclesia, ita vbiique missarum solennia celebrentur. Institutio. Quid sit sacrificium, quid sacramentum. Sacrificium.

sacrificium.

Quid sit signum. Signum.

Post consecrationē non substantia, sed species remanet. Species.

Visibiles creaturæ in Christi corp' & sanguine inuisibiliter cōvertūt. Quia corpus.

Quare in specie panis & vini sacramētu suū Christus nobis ministrauit. Quia passus.

Dum hostia frāgitur, passio Christi ad memoriam reddit. Quum.

De veritate corporis' & sanguinis Christi nulli ambire licet. In quibus.

Nō natura nascitur, sed cōfēratione nobis cōficitur corp' & sanguinis Christi Panis.

Quod ante benedictionē est panis & vi num, post benedictionem significat cor pus & sanguinem. Ante.

Sub specie panis & vini inuisibilem Christi carnē & sanguinē honoramus. Nos autē. Confessio Berengatij. Ego.

Quare elementorū species referuentur, quū verē sit corp' Christi & sanguinis. Fortē.

Nō carnaliter sed spiritualiter Christi corpus & sanguinē debem⁹ accipere. Prima.

Quomodo Christi corp' qđ in cruce pepē dit, accipit, & quomodo nō. Nō hoc corp'.

Quid sit corpus Christi manducare, & sanguinem eius bibere. Quid est.

Credere in Christū, est manducare Christū.

Vt quid.

Sacramentum & r̄s sacramēti, sacrificium ecclesiæ conficiunt. Hoc est. (citer. Quot modis caro Christi intelligat. Dupli. Quomodo Christus sit immolatus semel, & quomodo quotidie immolatur. Semel. Hostia quæ semel oblata est, in recordatione suæ mortis quotidie offerit. In Christo. Sacramentum corporis Christi non nisi ieiuni debemus accipere. Liquido. Ante consecrationem panis est, sed verbis in Christi corpus mutatur. Panis est. Non corpus, sed anima substantiam fulcit panis vita æternæ. Non iste. Etiam secundum carnem Christus est panis viuus. Christus. Quomodo Christus visibiliter, in sacramētis spiritualiter manducatur & bibitur. Qui manducant. Quomodo spiritualiter corpus Christi sit accipiendum. Credere. Spiritus sanctus inuisibiliter corpus & sanguinem Christi sanctificat. Corpus. Per benedictionem panis efficitur corpus Christi. Non omnis. Dupliciter corpus Christi intelligitur. Commendauit. Sacrificium altaris sacramentum est unitatis. Hoc sacramentum.

Spiri

Spiritualiter magis quam corporaliter corpus Christi debemus accipere. Panem. Sacramentum, non Christi corpus accipit, qui ab eo discordat. Qui discordat. Sancta nocent malis, & mala prossunt bonis. Et sancta.

Non prohibeantur mali de mensa Domini manducare. Non prohibeat.

Et qui indignè accipit corpus Christi, tamen accipit. Sicut.

Quibus exemplis præter naturam substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi conuerti probetur. Reuera.

Quomodo per partes Christus manducatur, & integer permanet. Inuitat.

Quoridianum sacrificium non redintegrationem passionis, sed commemorationem significat. Iteratur.

Non solum sub figura, sed etiam in veritate dominici corporis & sanguinis sacramentum celebratur. Verum.

In sanguine agni, Christi sanguisq; nūc vere sumitur, olim præfigurabatur. Quid sit. Post consecrationē licet figura panis & vini remaneat, ramen nihil est ibi, nisi corpus & sanguis Christi. Omnia.

Quāvis quotidie manducetur Christus, integer tamē permanet viuus. Qui manducat. Corpus & sanguinē Christi secūdū se, nulli edere

dere licet. De hac.
 Corpus Christi in singulis portionibus singulari totum accipiunt. Singuli.
 Corpus Christi quod sumitur, & figura est in specie, & veritas in substâlia. Corpus. Carné viuificatricē, & ipsius verbi propriâ factam in altari accipimus. Necesariē. Quomodo maura & aqua de petra fuit idē cum nostro cibo & potu. Inquit.
Quod veritatem domini corporis & sanguinis sumimus. In Christo,
 Quare in sacrificio aqua vino misceatur. In calicem.
 Veram Christi carnem & verū Christi sanguinē māducamus & bibimus. Sicut est.
 In sacrificio non corporalem, sed spiritualem escam accipimus. In illo.
 Carnem à Christo susceptam, corpus transfiguratum in altari offerimus. Sic redit.
 In cœna Christus fuit coniuia & conuiuum. Nec Moses.
 In veritate sui corporis & sanguinis Christ⁹ suis discipulis præsentauit, quod Melchisedech sacramentaliter obtulit. Accipite.
 Christus idem est sacerdos, & sacrificium.
 Sacerdos.
 Iudei credentes biberunt sanguinem, quem in cruce fuderunt. Nunc eis.
 Corpus quod ex virginē sumptū est, à fideli-

bus

bus accipitur. Corporeum.
 Verum Christi corpus, vetumque eius sanguinem quotidie manducamus & bibimus. Accesserunt.

Pro infirmantibus Eucharistiam presbyter semper habeat paratam. Presbyter.
 Pœnitentia eius, qui non bene sacrificium custodit. Qui bene.

Magis & histrionibus sacra non committantur mysteria. Pro.

Post conuersiōnem non est deneganda gratia communionis. Scenici atque.

Presbyter in altari M̄s̄lam non celebret in quo eadē die episcop⁹ celebrauit. In altari.

Dicit. 111.

Tempora feriandi in M̄sa sunt laicis nuncianda. Pronuntiandum. *De feriis, & ieiunis.*
 In sanctorum solēnitatibus diuinis officiis, non salutationibus vel cantilenis populi debent vacare. Irreligiosa.

Aute ascensionem Domini tribus diebus litaniae celebrentur. Rogationes.

Episcopus die Dominico non defit ecclesiæ. Epilcopus.

Dies Pascha cīibus in villa celebrare non licet. Nulli.

Ante solennitatem Paschæ quadragesima est celebranda. Sacerdotibus.

Quinta feria ultimæ septimanæ quadragesi

mæ

mæ ieiumum solui non licet. Non liceat. Exceptis diebus dominicis, in quadragesima non soluatur ieiumum. Placuit. Nec in die dominico, nec in diebus Pétecostes, in oratione genua flectatur. Quoniam. Quo tempore ab eis carnium sit abstinentium. De eis.

Nec die sabbati feriadum, nec die domini co lanacrum est prohibendum. Peruenit. Ob reuerentiam sepulturæ dominicæ sabbato ieunare debemus. Sabbato. Die dominica & quinta feria, non est celebrandum ieiumum. Ieiumum.

Quarta & sexta feria sunt seruanda ieunia. Ieunia.

Quinta feria ultimæ hebdomadæ quadragesimæ, pœnitentes remissionem accipiunt. De pœnitentibus.

Singulis annis quinta feria ultimæ hebdomadæ quadragesimæ nouum Chrisma conficiatur. Literis.

Seruerut ab omnibus festiuitas inuentionis dominicæ crucis. Crucis.

Quare sit institutum, ut aqua sale conspersa sanctificetur. Aquam sale.

Non nisi in die dominico, sanctum Pascha celebretur. Nosse, & Celebritatem.

Dies Paschæ concilij forma aru subscriptio ne omnibus promulgetur. Placuit.

Per

Per orbem vniuersum, quum in concilijs omnia statuta fuerint, futurum Pascha annuncietur. Placuit.

